PERICVLVM CRITICVM IN ANTHOLOGIAM CONSTANTINI CEPHALAE,

CVM EDITAM TVM INEDITAM.

ACCEDVNT

EMENDATIONES IN ARISTOTELEM

ET

ANTIGONVM CARYSTIVM.

SCRIPSIT

IOANN. GOTTL. SCHNEIDER.

LIPSIAE

SVMTV ENGELHARTI BENIAMINIS SVICQVERTI

A. C. CIↃ IↃ CC LXXII.

VIRIS
AMPLISSIMIS,
IN RE CRITICA SVMMIS,

CHR. GOTTLOB HEYNIO

REGI BRITANNIAE A CONSILIIS, ELOQV.
P. P. O. IN ACAD. GOETTINGENSI,

IO. IACOBO REISKIO

M. D. LIPS. ARABICAE LINGVAE P. P.

IO. FRIDERICO FISCHERO

HVMANIORVM LITTERARVM P. P. LIPS.
SCHOLAE THOMANAE RECTORI

FAVTORIBVS SVMME VENERANDIS,
FIDIS STVDIORVM SVORVM
RECTORIBVS,

PIO GRATOQVE ANIMO
HANC OPELLAM
D. D. D.

IOANNES GOTTLOB SCHNEIDER.

Varie mihi animum meum affici sentio hoc tempore, quo me a colloquiis disciplinaque VESTRA *fortuna abducit. Multae enim sunt necessitudines, quibus me* VOBIS *obstrictum tenetis. Dum igitur trepido, dum tantis* VESTRIS *beneficiis aliquo modo respondere cogito, constitui tandem hanc meam opellam* VESTRIS *nominibus inscribere; cum, vt* VOBIS *studiorum meorum rationes redderem, tum maxime vero, vt publice animum meum* VOBIS *oppignorarer.* TIBI *quidem,* VENERANDE REISKI, *reddo nunc, et per vitam gratias eas, quas summo amori, singularique beneuolentiae, quibus vel hanc aetatem meam rexisti, vel studia mea fouisti, debeo. Gratus memoriam nominis* TVI *tantum venerabor, quanta eruditionis* TVAE *laus et fama totum fere terrarum orbem peragrauit; nec minus quam ille Homericus Nestoris admirator, opto, vt* TIBI *iuuentutis viridis aetas, illi vero talis sapientia contingat. Felix suaui doctae coniugis consortio quam diutissime fruere, meque* TVO *amore porro dignare. Nec ego vnquam* TVAE, CLARISSIME FISCHERE, *humanitatis amorisque in me* TVI *memoriam animo oblitterabo; quibus ego pares, vel laudes, vel gratias referre non possum. In plurimis, quae* TIBI *gratus debeo, illud vnum, quod ad eruditionis* TVAE *famam copiosissimum, mihi vero ad regenda studia mea saluberrimum fuit, commemorabo. Solus enim, posteaquam me in* TVAE *eruditionis quandam familiarita-*

tem

tem admisisti, non tam me praeceptis, quam TVO *exemplo docuisti, constanti diligentique grammaticorum primum, post autorum bonorum lectione ingenium subigere, ne vanae eruditionis specie aliqua subito inflatum, temere ebulliat. Quare laetabor, si mea haec opella non tam ingenii acumen, quam diligentiam sollertiamque* TIBI *approbauerit. -- Denique, quo iam diu animus mihi properabat, ad* TE, SVMME VENERANDE HEYNI, *deuenio, qui me, plane ignotum hominem, atque a fortuna abiectum, in beneuolentiam et patrocinium* TVVM *suscepisti, singularique humanitate dignaris. Quam si efficiam vnquam, ne indigne profudisse videaris! Certe ego hoc publice spondeo, eaque me lege* TVAE *disciplinae totum trado,* SVMME HEYNI, *me nunquam commissurum fore, vt vlla in re amorem studiumque animi mei desideres. Quantum ingenium doctrinaeque* TVAE *copias, quae omnes omnium laudes superant, admiror, tantum magnitudinem animi candoremque per vitam venerabor, ita quidem, vt tanta* TVA *beneficia gratissimo animo tueri studeam. Interim reddo* TIBI *hanc meam opellam, in qua vt argumenti leuitatem amatoriam reiicies mecum, ita rationem eam, quam in interpretandis his carminibus secutus sum,* TIBI, *perfectissimo omnium poëtarum interpreti et sospitari, probari vehementer cupio.*

Vt caput in magnis vbi non est tangere signis
Ponitur hic imos ante corona pedes.

PRAE-

PRAEFATIO.

Offero Tibi, *benigne Lector*, opellam meam, qua carmina plurima Anthologiae Cephalianae, emendare atque illuſtrare conatus ſum. Quodſi in interpretando coniiciendoque lapſus fuero, libere animoſeque obloquentes feram, et laudabo; omnem vero impudentiae inuidiam, ex hoc ſcriptionis genere forte contrahendam, deprecor. Vbi licuit, fugienti ſimilis Sirenes Laërtiadae, properaui; ſed interdum ſtrigandum fuit, vbi res et cauſa litterarum graecarum latinarumque communis me impediebat; Forte hinc intelligent illi, qui lubenter famam pudoremque virorum doctorum, qui Petronium ſimileſque illi ſcriptores illuſtrarunt, allatrant, quantum litterarum humaniorum rei interſit, Anthologiam vtramque vel ſtudioſius legi vel emendatius edi. Sed permittamus fortunae iudicium. —— Quibus ſubſidiis vſus ſim, velim magis ex re ipſa, quam mea commemoratione intelligi. Inſignis in

me

me exstitit humanitas Illustris KLOZII, qui collatione Codicis Vossiani, aliisque copiis hanc operam adiuuit; cui, quas possum, maximas, gratias ago, rogoque vt mihi, studiisque meis porro fauere velit. Gratus etiam agnosco liberalitatem summam Illustris STIGLITII, qui per FISCHERVM Clarissimum rogatus, humanissime Apographum Codicis Palatini et Dresdensis in vsus meos concessit. — De Emendationibus in Antigonum dixi in ipso earum limine; quas, si Deus mihi otium concesserit, proxime Specimen nouae Nicandri editionis sequetur. Vale.

Scripsi Lipsiae,
ad d. 1. Octobr. 1771.

CAPVT

CAPVT I.

ANTHOLOGIAE A REISKIO IN MISCELLANEIS LIPSIENSIBVS EDITAE *EPIGRAMATA MVLTA* EMENDANTVR ET EXPLICANTVR.

Versabor in iis epigramatibus Anthologiae Cephalae, quae summum REISKII ingenium experta, nondum tamen satis emaculata sunt, quod ipse vir summus aliquoties fassus est. Succedam in hac igitur prouincia quodammodo REISKIO, hoc tantum praefatus omnia fere bona quae fortasse attulero, me eidem debere.

Carmen 279. Φεύγετε νέοι παῖδα Κυθήρης τοξοβόλον ἔρωτα. Totum est hoc carmen quod reperiri poterat in Codice, mire mutilatum. Fallor an restituendum carmen ex Bandinii V. C. Catalogo bibl. Laur. T. II. p. 336. vbi hoc ineditum habetur:

Φεύγετε τοξοφόρον τοῦτον τὸν ἔρωτα τιτρώσκει
Καὶ ταύτου περάει σώματα πάντα βέλη.

Iudicent periti, inprimis REISKIVS noster, cui omnia mea probari vehementer cupio.

Carmen 282. Gaetulici MS. Lips. IX. p. 102. non cohaeret, quod cuilibet qui cum cura perlegerit, apparebit. Nam a versu sexto vsque ad finem non conuenit initio. Putabam igitur distinguendum hoc carmen in duo epigramata; in quo me confir-

mat consensus schedarum Thryllitii, quibus benignitate summi REISKII vsus sum, in quibus nouum epigrama versus sextus facit, quod Rufino tribuitur num. 119. Consentit etiam codex Laurentianus, ex quo idem epigrama profert Bandinus in Catalogo bibl. Laurent. T. II. p. 113. Apponam vt varietas lectionis simul appareat, vt Celeb. REISKE edidit:

Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δϑλίδας ἐκλεγόμεσθα
Οἱ μὴ τοῖς σπαταλοις κλεμμασι τερπομενοι.
Ταῖς μεν χρὼς ἀπόδωδε μύρϑ, σοβαρὸντε Φρύαγμα
Καὶ μέχρι κινδύνων ἑσπομένη σύνοδος.
Ταῖς δὲ χάρις καὶ χρὼς ἴδιος καὶ λέκτρον ἕλοιμον
Δώροις ἐκπάγλοις ϑκ ἀλεγιζόμενον.
Μιμϑμαι Πύῤῥον τὸν Ἀχίλλεος ὃς προέκρινεν
Ἑρμιόνης ἀλόχϑ τὴν λάτριν Ἀνδρομάχην.

Versu tertio schedae Thryll. habent σοβαρῶν sed vulgatae consentit lectio Florentini codicis. recte. Versu quarto etiam schedae Thryll. et Bandinus habent κινδυνϑ, quod tamen eodem redit. Pro ἑσπόμενη Bandinus ἑσσομένη male habet. Versu sexto ἐκπάγλοις est coniectura Cel. REISKII quam probarem, nisi vera lectio ab Heinsio, schedis Thryll. et codice Florentino esset seruata; exhibet enim Heinsius δώρων καὶ σπατάλης: in Lipsiensis codicis margine scriptum fuit tantum ἐκ σπατάλης pro ἐκ πατάλοις, quod in ipso codice est; eodem ducit lectio sched. Thryll. ἐκσπατάλοις, et Bandini ἐκσπατάλης. Hinc efficitur verum esse lectionem, quam Heinsius exhibet, siue ex Salmasi coniectura, quod Cel. Reiske suspicatur, siue ex aliquo codice profectam; quam deposcit etiam verbum ἀλεγιζόμενον, cui Datiuus δωροις non conuenit. Confirmatur ea

lectio

lectio ex Anthologia edita VII. p. 465. edit. Stephani.

Ποῖόν τις πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβον; ἐν μὲν ἀγυιαῖς
Μάχλαδος οἰμώξει Χρυσομανῆ σπατάλην;

Antholog. 2. p. 156.

Μηδεὶς μοὶ ταύτην ἐρεσίσρατε τὴν σπατάλην σῦ
Ποιήσειε θεῶν, ἢ σὺ κατασπαλᾷς.

Antholog. 3. p. 179.

Ἢ διὰ τὴν σπατάλην διονυσιοπηγανόδωρος.

Carmen 285. est Rufini de iudicio clunium, cuius ipse iudex vocatus erat. Male enim Toupius, qui hoc carmen Epist. Critic. p. 86. emendauit, putabat esse id scriptum in puellas lauantes, quod sine dubio suspicatus est ex versu septimo. Sed haec opinio ex ipso carmine et ex comparatione Alciphronis I. 39. satis refutatur. Idem carmen exhibent Schedae Thryllit. num. 120. cum aliqua lectionis varietate. Carmen ipsum prius apponam:

Πυγὰς αὐτὸς ἔκρινα τριῶν. εἵλοντο γὰρ αὐταὶ
Δείξασαι γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων.
Καὶ ῥ' ἡ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις.
Λευκὴ ἀπὸ γλουτῶν ἤνθεεν εὐαφίην.
Τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σὰρξ
Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη.
Ἡ δὲ γαληνιόωσα χαράσσετο κύματι κώφῳ
Αὐτομάτη τρυφερῷ χρωτὶ σαλευομένη,
Ει ταυτὰς ὁ θεῶν ὁ κριτὴς ἐθεάσατο πυγάς.
Οὐκέτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

Versu 2. Toupius l. c. legit γυμνῶν, quod non necesse, saepe enim epithetorum vsus apud Poëtas va-

 viat.

riat. Versu 3. recepi σφραγιζομένη, quod Codex Lipſ. Sched. Tryll. et Suidas etiam habet; probauit quoque postea ipse cel. Reiske p. 442. cum Piersono, Verisimil. p. 93. In Iamblichi Protreptico Symb. XI. p. 142. pro τὸ δὲ σύμβολον εἶναι αὐτοῖς ἀποσφραγιζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐκείνε ἐργῶν, lege ex MSto Rigaltii, cuius variae lectiones penes me, τόδε τὸ — ἐπισφραγιζόμενοι, ibid. l. 11. ex eodem lege ὄκνον. Alia addo ex eodem. Pag. 129. l. 6. pro ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὄντα recte καλῶν habet deleto ὄντα; sequitur enim κακῶν καὶ αἰσχρῶν. Pag. 130. l. 1. lege ex MS. ἢ εἰ διὰ πλειόνων σίχων, l. 13. λεληθότως pro λεληθότος; quod tamen damnat Herodianus Piersoni 433. Pierson apud veteres Atticos se legisse negat. At habet Anacreo Od. 28. 16. l. 22. pro τῶν ἑκάστε, recte Scaliger in notis MS. τὴν ἑκάστε legit l. 32. pro ἀνόητα recte MS. εὐνοητα, solennis error. Pag. 131. l. 12. recte διαπτύξειε et l. 14. pro δόξει αὐτοῖς praeclare δόξειαν τοῖς, l. 17. pro χρήματ' MS. χρήμετ' recte Scaliger emendat, ῥήματα. Pag. 137. l. 6. pro οἶκε μικρότητι. ὄγκε habet, l. 27. ἀδιάψευστα recte, l. 33. ἀπιστησόμεν recte. Pag. 140. l. 25. recte ἀηδῆ pro ἀειδεῖ, l. 28. recte ὀνέεται legit Scaliger, vt ex Plutarcho legend. monuit Anonymus. Pag. 142. l. 11. recte καὶ μὴ θυμῷ. Pag. 153. l. 24. pro εἰς ταυτὸ δὲ φῆ, MS. δὲ φέρει; Scaliger δ' ἔφη. Pag. 144. l. 12. pro ἀμαθίας MS. recte ἀληθείας. P. 150. l. 22. pro ἕλομεν, MS. recte ἕλκομεν, Scaliger ἕλωμεν, l. 31. recte φιλοσόφει φησὶ ὡς ἀληθῶς. Pag. 151. l. 32. legit recte αἱ δὲ ἐπὶ δακτυλίοις γλυφαὶ, vulgo ἐπὶ deest. Pag. 157. pro καὶ μὴ συνέχειν μηδὲ ἀφανίζειν τὰ δι' αὐτε ἴχνη. Scaliger bene emendat συγχεῖν. Pag.

159.

159. l. 2. pro ἀεὶ bene ἐςὶ, l. 20. pro ἐπιφθαρτικὸν, ἐςὶ φθαρτικον, l. 30. pro ὀρκῦ, ἀρκῦ recte, sed desino. Versu 4. pro ἤθεεν, quod Cod. Lipf. habet, Schedae Thryll. ἤντεεν et ἐυαφιῇ exhibent. Suidas voc. γελασίνος habet, ἤνθεεν ἐυβαφιὴν, partim bene, partim male; ἤνθεεν enim vera lectio est, ἐυβαφίη vero malum verbum, quod se tamen summo Reiskio probare potuit, qui inde totum locum ita constituebat:

Καὶ ρ᾽ ἣ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζόμεη γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ γλυτῶν ἤνθεεν ἐυβαφίη.

Sed non meminerat vir doctissimus verba ἡ μὲν pertinere ad πυγὰς, non ad ipsas puellas; neque necesse est cum Toupio l. c. legere, ἐυαφέων scil. γλυτῶν: equidem vnice probo lectionem Thryll. λευκῇ ἀπὸ γλυτῶν ἤνθεεν ἐυαφίῃ scil. ἡ πυγῇ. Versu 5. Toupius mavult διαινομένης i. e. aqua perfusae, humidae, vt Carmine 301. χρύσεα μαζῶν — μῆλα διαινομένη. Sed haec coniectura ex eo errore orta est, quem initio refutaui; διαίρειν h. l. est vel deducere πυγὰς, vt vult Cel. Reiske, vel tollere in altum, de qua notione idem ille Toupius videndus Emend. I. 94-5. Versu 7. schedae Thryll. habent γαληνιόσσα et ταράσσατο, bene quod ad vltimum attinet; χαράσσετο enim nimis durum verbum, praesertim in re adeo delicata et τρυφερα. neque satis conuenit τῳ κύματι. pro κωφῷ, mallem κυφῷ; nam πυγὴ tranquilla et quasi serena, tanquam mare, turbabatur tamen leui vndula quam σαρκῶν χύσις sponte efficiebat; ita enim loquitur idem Rufinus Carmine 286. verf. 3. Alibi exstat ὑδάτινα φορέυσα βραχίονα. Quam saepe κυφὸς et κωφὸς confusa fuerint a libra-

 riis

riis, ſciunt his litteris initiati. Verſu 9. recte Cod. Lipſ. ὁ θεῶν ὁ κριτὴς, quomodo etiam ſched. Thryll. in Anthol. Steph. p. 476. legitur ὁ κριτὴς ὁ θεῶν. Ibidem pro πυγὰς legitur κόρας, quod ex ſuperſtitioſa Planudae caſtitate profectum exiſtimari debet. Marginis Lipſ. Cod. lectionem εἰ ταύτας δὲ θεῶν ὁ κριτὴς, quam Cel. Reiske recte damnauit, male tamen probat et defendit Toupius, ſtudio obloquendi ductus. Comparabo nunc elegans carmen eiusdem Rufini Antholog. editae VII. p. 476.

Ἤριζαν ἀλλήλοις ῥοδόπη μελίτη ῥοδόκλεια
Τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κάλλος ἀρειότερον
Καὶ μὲ κριτὴν εἵλοντο καὶ ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι
Ἔστησαν μόνῳ νέκταρι λειπόμεναι.
Ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδὼς
Τὰς τρεῖς ἀθανάτους εὐθὺ συνεστεφάνουν.

Carmen hoc mutilum eſſe docebo in Addendis quae Lector adeat; Veniam peto, quod per inſtantes nundinas et typothetarum feſtinationem ſingula ſuis locis inſerere non potuerim, quae ex duobus MSS. Anthologiae addenda fuerant.

Carmen 291. Philodemi recte inter facetiſſima totius Anthologiae refert Cel. Reiske, vt omnia Philodemi, quae dialogo ſcripſit, in hoc genere excellunt. Nihil habeo ad hoc carmen, quod moneam niſi quod verſu 4. pro εἰτ' ἀπὸ σοῦ παρέστη cum Valquenario ad Hippolyt. p. 286. legendum eſt εἶτα πέσου παρέστη, emendatione certiſſima. Vindicabo hac occaſione Philodemo aliud epigrama, quod ἄδηλον legitur in Antholog. VII. p. 483. quanquam fateor coniecturam meam vna ſimilitudine niti, quae duo-

duobus illis carminibus inter ſe intercedit. Iudicent periti:

> Χαῖρε κόρη. καὶ δὺ σύ. τίς ἡ προσιοῦσα; τί πρός σε;
> Ουκ ἀλόγως ζητῶ δέσποτις ἡμετέρη.
> Ἐλπίζειν ἔξεστι; ζητεῖς δὲ τί; νύκτα. Φέρεις τί;
> Χρύσιον. εὐθύμει. καὶ τόσον; οὐδύναμαι.

Verſu 3. recte Cel. Reiske legendum monet θέλεις δὲ τί, pro ζηλεῖς, quod metro repugnat. Obiter moneo in Carmine 357. v. 2. legendum ἀστέρα τῷ χρυσῷ τερπομένη Σθενίῳ, vt habet MSS. Pierſoni ad Moerin. p. 413. Ex eiusdem codice, Carmine 345. v. 12. lege ἑξῆς, ὧν κλίνη μάρτυς ἐπεγράφετο, male Cod. Lipſ. κοινὴ, ſed recte Heringa et Pierſon ad Moerin p. 452. κλίνη habent, vbi docetur ſaepe hanc vocem cum aliis permutatam fuiſſe.

Carmen 293. eſt obſcoeniſſimi argumenti, quod tamen ſaluo pudore iuuenili emendare licebit.

> Ἐι δυσὶ λειτουργοῦσα πρὸς ἓν τάχος, ἀνδράσι λύδη,
> Τῷ μὲν ὑπὲρ νηδὺν, τῷ δ' ἀπὸ τῶν ὄπιθεν,
> Εἰσδέχομαι Φιλόπαιδα γυναικομανῆ Φιλυβριστήν.
> Ἐι σπεύδεις ἐλθὼν σὺν δυσὶ μὴ κατέχου.

Recte verſu primo Toup. Epiſt. Crit. p. 97. legit pro τάχος, λέχος, quod ipſe ſenſus poſtulat. Ita Carm. 297. μήποτε γαστροβαρὴ πρὸς σὸν λέχος ἀντιπρόσωπον etc. ſed inſuper pro ει videtur legendum ἡ, vt ſecundum diſtichon cum primo, per participium λειτουργοῦσα cohaereat. Verſ. 2. ſched. Thryll. dabant ὑπὲρ τῶν ὄπιθεν, quod cum lectione Lipſ. comparatum ad coniecturam cel. Reiskii ducit; eaedem ſchedae lectionem Cod. Lipſ. verſu 1. exhibent ει τρισὶ,

 ſed

ſed vir aliquis doctus in margine coniecerat εἰ δυσὶ, quomodo etiam coniecit Cel. Reiske. Cui lectioni obſtare videtur verſus vltimus σὺν δυσὶν ἐλθῶν, quare aſſentior Toupio, qui l. c. vulgatam defendit et explicat; quae repetere nec pudor nec otium permittit. Verſum vltimum pro deſperato depoſuit Reiskius, quem ita ex ſchedis Thryllit. reſtituo: εἰ σπεύθεις ἐθέλων, σὺν δυσὶν, ἧκε τάχος i. e. ταχέως, vt ſaepiſſime. nam diſtinctio, quam adhibet Toupius, nil iuuat; ita autem diſtinguit: εἰ σπεύδεις, ἐλθὼν σὺν δυσὶ, μὴ κατέχε, quod anglice explicat: come three and welcome; ex quo apparet verum ſenſum viro doctiſſimo ſatis fuiſſe perſpectum. Non ſine voluptate leget lector epigrama in Clyſterem ex Antholog. inedita, quod protulit Pierſon ad Moerin. p. 278.

Μοῦνω μοι θέμις ἐςὶ γυναικῶν ἐν φιλότητι
Μίσγεσθαι φανερῶς λισσομένων ποσίων.
Μοῦνος δ' ἠϊθέοισι καὶ ἀνδράσι ἠδὲ γέρουσιν
Παρθενικοῖς τ' ἐπέβην ἀχνυμένων τοκέων.
Μαχλοσύνην δ' ἤχθηρα, φιλεῖ δὲ μὲ Παιονίη χεὶρ
Ἀμφιτρυωνιάδην ἐκτελέοντα πόνον.
Ἀμφὶ δ' ὀπυιομένοισι καὶ ἂν πλουτῆι μαχοίμην
Αἰὲν ὑπὲρ ψυχῆς τῶν ὁπόσοις ἐμίγην.
Εὔρινον δὲ με παῖδα καὶ ἀργιόδοντα τίθησιν
Ἰδρείῃ μερόπων αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας.

Carmen 294. vno tantum diſticho conſtat, ἀδές ποτον, ſed fallor, an ad hoc epigrama pertinet diſtichon illud, quod in fine Carminis 373. p. 481. nullo ſenſu legitur, quod quiuis videbit. Iuuat me, quod illud diſtichon ibi omittunt ſchedae Thryllitianae.

nae. Apponam igitur carmen totum, vt iungendum et legendum puto ſaluo aliorum iudicio:

Καὶ πενίη καὶ ἔρως δύο μοι κακά. καὶ τὸ μὲν οἴσω
Κούφως· πῦρ δὲ φέρειν Κύπριδος οὐ δύναμαι.
Καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τίς, τάχα τοῦτο ταλάσσας
Δίψαν ταντάλεην πλήσεται εὐμαρέως.

Carmen 399. Meleagri ſatis difficile, niſi memineris ἀμφιβολίας, qua poëta ludit in voce ψυχή, quae cum animam, tum animalculum illud notat, quod noctu lucernas circumvolitat, et graecis etiam φάλαινα dicitur. Recte et praeclare hoc vidit Toupius in Indice Epiſtolae Criticae voce ψυχή; de animalculo illo ψυχή multa habet Salmaſius ad Script. H. A. p. 45.

Carmini 303. Rufini deeſt finis, quem ego ex ſchedis Thrylitianis ita reſtituo:

Ὦ ποσσοῦς κατέφλεξε τὸ πρὶν θεοείκελον ἄνθος
Ἡνίκα πρωτοβόλων λάμπεν ἀπὸ βλεφάρων.

Hexameter huius diſtichi legitur numero 304. ſub eiusdem Rufini nomine; ſed male pro ἄνθος ineptus gloſſator ibi ſubſtituit κάλλος contra metrum. Vides exinde quam miſere lacerata fuerint a librariis carmina huius Anthologiae, et quam vtile ſit male diſſoluta membra poëtae coniungere. Ita Carmen 310. quod ἀδέσποτον dicitur, eſt fragmentum epigramatis, quod totum ſub Dionyſii Sophiſtae nomine in Antholog. Stephani p. 479. legitur, ex qua pro χαρίσῃ legendum eſt κομίσαις. In Antholog. VII. p. 484. legitur ἄδηλον, cuius diſtichon ſecundum corruptum.

Μὴ λύπει μὲ λίην στέργοντα σε. μήδ' ἐρέθιζε.
Τὰς βαρυοργήτους μὴ θέλε πιερίδας.

Recte ſchedae Thryllitii in quibus hoc carmen Philodemo adſcribitur:

- - - - μήδ' ἐρεθίζειν
Τὰς βαρυοργήτους σοὶ θέλε Πιερίδας.

Male tamen eaedem στέργοντε exhibent et diſticho 3. pro ἔκλυες, ἔλκυες. Conſentit hic vt in reliquis omnibus Codex Dresdenſis, de quo vide Addenda.

Carmen 312. Marci Argentarii edidit ſimul cum Reiskio, Pierſon veriſimil. p. 98. cum nulla lectionis varietate, niſi quod verſu ſecundo habet, male σύστρεφε. Diſtichon ſecundum corruptum eſt, et ſenſum nullum habet, quem ex ſchedis Thryllitii ita reſtituo:

Ου σὲ περισφίγγει λεπτόστολι δώμασι πέπλος
Πάντα δὲ σοῦ βλέπεται γυμνὰ καὶ οὐ βλέπεται.

Indignatur ſcilicet poëta puellae ſuae quod domi nuda, ſed a nullo ſpectata incedat, ad ſe autem veſtibus tenuibus induta veniat, per quas libidinem magis irritet. Verſum vltimum male intellexit Pierſon, qui putabat poëtam loqui de membro muliebri, et ludere in voce βύσσος, quorum poſtremum recte iam refutauit Cel. Reiske p. 447. Carm. 321. v. 5. 6.

Ἀλλ' ὅτι καὶ τρίβακον περὶ πάσσαλον ὀρχήσασθαι
Οἶδε etc.

Male ſchedae Thryllit. exhibent ὅτε, quod tamen in margine correctum. Hexametrum hunc habet et explicat copioſe Salmaſius ad Achillem Tatium p. 732. Cui adde Antholog. latinam L. 3. 192. p. 632. de puella.

Inque

Inque modos omnes dulces imitata tabellas
Transeat et telo pendeat illa meo.

Ita enim hunc locum legit Dav. Rhunquen. ad Rufinian. p. 269. Versu 7. Distichon habet Pierson ad Moerin. p. 224. qui cum Reiskio ἐπιτρίψῃ habet. Moeris. καταγλωττίσματα, τὰ περίεργα φιλήματα. Versu 8. ἐξ ἄδυ τὴν κορύνην ἀνάγει. Antholog. IV. p. 343. ἰθυτενὲς μηρῶν ὀρθιάσας ῥόπαλον. Sic in versibus Palladae Antholog. I. c. 78. p. 109. πολλὰς δ' ἐστὶν γυναῖκας ἰδεῖν ὐχὶ καλὰς τὴν ὄψιν ὁπλιζομένας ἀκορέστως; legit Stobaeus Flor. Gr. p. 41. ὀπυιομένας, monente Piersono ad Moerin. p. 278. Illustrat hunc locum Nicander meus Alexipharmacis versu 405. sq.

Ἶριδα λειριόεντε κάρη, τότ' ἀπέστυγεν Ἀφρώ
Οὕνεκ' ἐριδμαίνεσκε χροῆς ὕπερ, ἐν δέ νυ θρίοις,
Ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε
Δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην.

vbi schol. per αἰδοῖον ὄνυ explicatur. Male enim suo tamen more i. e. negligenter Bandinus edidit κορήνην. Mediam in κορύνη ancipitem esse etiam h. l. allato docuit contra Clarckium Toupius ad Theocrit. Wartoni T. II. p. 404. Narratio ipsa Nicandri mirabilis est, quam se in alio scriptore negat reperisse Gorrhaeus ad hunc locum. Enimuero plura sunt in poëtarum narrationibus et fictionibus, quae melius hodie intelligeremus, si superarent illi scriptores, qui metamorphoses plantarum, auium etc. scripserant, in quibus facile eminet Nestor poëta, cuius sub nomine quaedam fragmenta ex hoc genere exstunt in Geoponicis; sed plura fortasse sunt, quae adhuc ex eo reliqua habemus. Omnia enim illa loca, quae

fabulas

fabulas et metamorphoſes plantarum deſcribunt toto fere libro XI., cum Lambecio apud Needhamum in Prolegom. ex Neſtoris poëmatibus ſumta exiſtimo. Locis quos de Neſtore hoc Needhamus et ſummus Reiskius in Notitia Poëtarum etc. attulit, addam vnum Menandri rhetoris, περὶ λαλιᾶς p. 624. in Aldi Rhetorib. Graecis γέγραπται δὲ καὶ Νέςορι ποιητῇ καὶ σοφιςαῖς μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὀρνέων. Atque etiam in illis Geoponicis L. XI. c. 19. Legitur faceta de lilio hiſtoria: Iupiter ex Alcmena Herculem genuit, quem, cum mortalis futurus erat, admouit papillis Iunonis dormientis. Cum infans ſatur os amouiſſet, lac profluit, cuius pars in coelo diffuſa Galaxiam effecit, pars in terram decidens florem lilii, candore lactis produxit. Fabula vero quam Nicander h. l. habet, reperitur etiam in fragmento illo longiuſculo, quod nobis ex Nicandri Georgicis ſeruauit Athenaeus XV. 9.

Σπερματικὴν κάλυκες κεφαληγόνοι ἀντελέουσιν
Ἀργήεις πετάλοισι κρόκῳ μέσα χροιαθεῖσαι
Ἃ κρίνα λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν
Οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δὲ γε χάρμ' ἀφροδίτης
Ἤριπε γὰρ χροιῇ. τὸ δὲ πȣ̃ ἐπὶ μέσσον ὄνειδος
Ὅπλον βρωμητάο διεκτέλλον πεφάτισαι.

Verſu primo Caſaubonus legit κεφαλὴν; ſed ἀντελέουσι emendare non potuit, pro quo ego reſtituo ἀντέλλουσι, pro ἀργήεις idem ἀργυρέοις legit. Verſus quintus manifeſte corruptus eſt, quem Dalecampius ita emendauit, vt legeret ἤρεσε, quod miror fuiſſe Caſaubono probatum. Legendum enim ἤρισε ex

ex Nicandri Alexipharmacis. Sed monendum eſt videri quaedam inter quartum et quintum verſum intercidiſſe, qui minime inter ſe cohaerent. Nam quomodo ratio appellationis, qua lilium χάρμ' ἀφροδίτης dicitur, ex eo apparet, quod Venus florem illius in membrum aſini formauerit? A tali ſimilitudine cum membro genitali canino ὀροβάκχη ſ. ervi angina dicta fuit κυνομόμοριον, Dioſcorides L. II. c. 131. Plinius XXII. capite vltimo. Quod vero Nicander ait, lilium dici etiam ἀμβροσίαν, confirmat Euſtathius ad Homerum T. 2. p. 1295. 23. λέγων καὶ ὅτι Κορίνθιοι ὡς Νίκανδρος ἐν γλώσσαις φησὶ, ἀμβροσίαν ἧς παρώνυμον τὸ ἀμβρόσιον τὸ λείριον ἐκάλουν ὃ κατὰ τὴν Φιλίνου ἱστορίαν οἱ μὲν κρίνον οἱ δὲ ἴον ᾔδεισαν, quod ſumſit Euſtathius ex Athenaeo Libr. XV. 8. Κορίνθιοι δ' αὐτὸ (ἴον) καὶ ἀμβροσίαν καλοῦσι ὥς φησι Νίκανδρος ἐν γλώσσαις. Dixi haec Euſtathium ex Athenaeo ſumſiſſe, quod etiam de illis locis intelligi velim quae alibi ex Nicandro laudat, vt in ſequentibus demonſtrabo. Nam plurimum valet haec obſeruatio ad diiudicandas illas lectiones, quas a vulgato diuerſas idem exhibet. Denominatio illa ſine dubio originem traxit ex fabula aliqua ſimili illi, quam de roſa narrat ἀνώνυμος, quem puto, Neſtorem eſſe, in Geoponicis XI. c. 17. ἕτεροι δὲ φασὶν ἐν οὐρανῷ τῶν θεῶν εὐωχουμένων καὶ τοῦ νέκταρος πολλοῦ παρακειμένου ἀνασκιρτῆσαι χορείᾳ τὸν ἔρωτα καὶ συσσεῖσαι τῷ πτερῷ τοῦ κρατῆρος τὴν βάσιν καὶ περιτρέψαι μὲν αὐτόν. τὸ δὲ νέκταρ εἰς τὴν γῆν ἐκχυθὲν τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου ἐρυθαινόμενον ἀναδοῦναι. — Denique priusquam a Nicandro, ad quem lubentiſſime diuertor, diſcedam, adſcribam paraphraſin Eutecnii, qui illum locum ita μεταφράζει p. 364. ἐστὶ

δὲ

δὲ βοτάνη τό λίριον καὶ τὸ ἄνθος αὐτῆς ὡς ἕνα δείκνυται τὸ μόριον ἐρίσαι γὰρ οὖν τῇ ἀφροδίτῃ περὶ λευκότητος ἡ Φήμη, καὶ τοῦτο διαγγέλλει. τὴν τοίνυν Διώνης καὶ διὸς νεμεσησαν (lege νεμεσήσασαν) ἐπὶ τούτῳ μεταξὺ τῶν φύλλων τοῦ λιρίου ἀνέχειν, ὥσπερ τὴν τοῦ ζώου κορύνην ἔδωκεν, pro vltimo ἔδωκεν, f. δεδωκέναι, nisi ipſe Eutecnius negligentiam hanc ſcribendi, vt ſaepe, ita et h. l. in ſe admiſerit. Conferri etiam poteſt de illa lilii fabula Pierius in Hieroglyphicis p. 556.

CAPVT II.

ITERVM ANTHOLOGIA A CEL. REISKIO EDITA

EMENDATVR ET ILLVSTRATVR.

Carmen 333. p. 304. Miſc. Lipſ. IX. Aſclepiadae, latine vertit Auſonius Epigram. 94. quod vidit etiam doctiſſimus Rhunquen. ad Rufinian. p. 259. qui vtrumque carmen bene inter ſe contendit. Plura etiam ſunt, quae ex Anthologia Cephalae latine vertit Auſonius, quae alio tempore dabo.

Carmen 336. eiusdem Aſclepiadae ediderat iam antea Cunaeus ad Nonni Dionyſiaca p. 115. vt monuit Cel. Reiske p. 450. male tamen primo verſu εἶον ὑβρίζει exhibet, cui Reiskii οἷα μ' ὑβρίζει longe praeſtat. Verſum ſecundum Toupius Emendat. II. p. 52. ita legit:

- - - οὖσα φίλη 'ξαπάτης.

Verſu

Verſu 3. idem ταὐτὰ emendat. verſ. 4. legit:

Μέμψεαι ἡμετέροις ϛᾶσα παρὰ προθύροις.

quas emendationes lubens amplector. Idem inſuper monet Horatium Epiſt. XV. h. l. eſſe imitatum.

Eiusdem Aſclepiadae eſt Carmen 359. quod bene explicat Toupius Emendat. 3. p. 267.

Scilicet Lyſidice mulier continentiſſima ſuas ſibi res habebat, tandem anus facta inſtrumentum artis ſuae Veneri ſuſpendit.

Hinc verſum tertium ita legit:

ᾧ πολυύπτιον ἵππον ἐγύμνασεν, ὀδὲ ποτ' αὐτῆς
μηρὸς ἐφοινίχθη κȣφὰ τινασσομένης.

Refert huc Heſychii gloſſam, ἵππον· τὸ μόριον τῆς γυναικός, quo concidit ſuſpicio Cel. Rhunquenii ad Rufinian. p. 260. exiſtimantis Horatium Serm. II. 7. 50.

Clunibus aut agitauit equum laſciua ſupinum.

Diſtichon hoc ſecundum, quod ibidem exhibet, expreſſiſſe. Nolim tamen cum eo de hac re contendere.

Carmen 360. Meleagri, ſuauiſſimam allegoriam habet, qua meretrix cum nauigio comparat. Apponam totum vt a Toupio Emendat. II. p. 93. emendatum eſt.

Ουκετι Τιμάριον τȣ̃ πρὶν γλαφύροιο κέλητος
Πῆγμα φέρει πλωτὸν κύπριδος εἰρεσίῃ
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν νώτοιο μετάφρενον ὡς κέρας ἱϛῷ
Κυρτȣ̃ται, πόλιος δ' ἐκλέλυται πρότονος
Ἱϛία δ' αἰωρητὰ χαλᾷ σπαδονίσματα μαϛῶν
Ἐκ δὲ σάλȣ ϛρεπτὰς γαϛρὸς ἔχει ῥυτίδας

Νέρθε

Νέρθε δὲ πάντ' ὑπέραντλα νεώς, κοίλη δὲ θάλασσα
Πλημμύρει, γόνασιν δ' ἔντρομος ἐςὶ σάλος
Δύςανος γ' ἐς ζῶος ἐτ' ὢν ἀχέρέσιδα λίμνην
Πλεύσετ' ἄνω ἐπιβὰς γραὸς ἐν εικοσόρῳ.

Primo versu τῶ πρὶν est emendatio Toupii, sed etiam legendum videtur Τιμαρίε. εἰρεσίῃ eiusdem est, non amplius fert corpus Veneris remigio πλωτὸν. Suidas tamen, qui voce κέλης primum distichon habet in vulgatum consentit. Versu 5. idem Emendat. III. p. 150. recte σπαδονισματα de languidis mammis explicat atque huc affert Hesychium, σπαθισματα τα σπαδονισματα. Versu 7. θαλασσα explicatur bene a summo Reiskio, cui simile illud Carmine 301. Rufini, ἐχ' ὁλον ἐυρωταν ἀλλ' οσον ηδυνατο; quem locum habet Suidas voce ευρωτας, male tamen idem addidit: περὶ αιδοιε ανδρος ὁ λογος. nam de feminis dicitur eo loco, vt monuit iam Toupius Epist. Critic. p. 149. qui Reiskio locum Diogenis, quem ille p. 445. attulit, sublegit. Placuit haec Allegoria de navibus sumta pluribus Graecorum poëtarum, quorum loca quaedam comparabo, vt videamus quo successu rem gesserint. Primo loco ponam epigrama Antiphili, quod inter Carmina Iensiana primo loco edidit Cel. Reiske p. 112.

Ἤμην καὶ προπάροιθε συνέμπορος ἄνερι κέρδευς
Ἡνίκα δημοτέρην κύπριν ἐναυτολόγει.
Κεῖθεν καὶ συνέπηξεν ἐμὴν τρόπιν, ὄφρα με λεύσει
Κύπρις τὴν ἀπὸ, γῆς ειν ἅλι ῥεμβομένην.
Ἔςιν ἑταιρειοῖος ἐμοὶ ςολος, εισὶ δὲ λεπτὰ
Καρβασα καὶ λεπτὸν φυκος ὑπὲρ σανίδων.

Ναύ-

Ναύτιλοι ἀλλ' ἄγε πάντες ἐμῆς ἐπιβαίνετε πρύμνης
Θαῤῥαλέως. πολλὰς οἶδα φέρειν ἐρέτας.

Quod carmen manifesta imitatione sed infelici, expressit anonymus in Anthologia edita p. 80.

'Η ναῦς ἀπ' ἔργων κύπριδος ςομφȣμένη
Πρὸς τὸν γενάρχην μόντον ἤλυθον θεȣ̃
'Ανὴρ γὰρ ὥρης μ' ἔμπορος τεκτήνατο
Καλέσας ἑταίρην. εἰμὶ γὰρ πᾶσι φίλη.
"Εμβαινε θαῤῥῶν. μισθὸν ἐκ αἰτῶ βαρύν.
'Ελθόντα δέχομαι. πάντα βαςάζω ξένον.
"Ως ποτ' ἐπὶ γαίης, κἢν βυθῷ μ' ἐρέσσετε.

ςομφȣμένη primo versu est elegantissima Reiskii emendatio, quam his verbis exemplari suo Anthologiae Stephanianae ascripserat: ςομφȣμένη ego, quae lepidum agnomen (un sobriquet) accepi a Veneris exercitio. ἡ μετὰ χλεύης καὶ ςομφασμȣ̃ καὶ ὕβρεως ἐπικαλȣμένη nempe ἑταίρα. ctt. ad C. 143. Mus. Strat.

Pauca hoc loco dabo ad Anthologiae Librum quartum a summo Reiskio separatim cum reliquis editum. Si qua in re obloquar viro venerando, libertatem ingenuam, nisi autoritate meliorum codicum fultam, excusatam eidem probari nolo. Carmine igitur 526. πυρόκαυτον νάρθηκα edidit ex ingenio summus Reiskius. Suidas πανακεῖταν, Cod. Lips. παράκειταν. Kusterus ad Suidam voce νάρθηξ edidit πυροκόιταν. Salmasius de Homonymis p. 5. emendat πυρικοίταν, quae est vera lectio. Fuit tamen in eiusdem codice παρακέιταν. Ludimagister ferulam ita vocat, in qua ignis olim a Prometheo es-

 set

ſet ſeruatus. Locus Martialis vnice huc facit a Salmaſio prolatus: Inuiſae nimium pueris grataeque magiſtris, Clara Prometheo munere ligna ſumus. Ita Carmine 403. v. 6. pro λίθον πυροςόκον, vbi Cod. Lipſ. πυροπλόκον, legendum πυρητόκον ex MS. Muſgrauii apud Toupium VC. in Indice Epiſtolae Criticae h. v.: qui recte hanc lectionem probat. Nicander Alexiph. v. 272. contra Colchici potum:

ῥεῖα δὲ νάρθηκος νεάτην ἐξαίνυσο νηδὺν,

ὅςε προμηθείοιο κλοπὴν ἀνεδέξατο φωρῆς.

quem locum explicat Dioſcorides Alexiph. c. 5. νάρθηκος ἁπαλῆ τῆς ἐντεριώνης; in Parabilibus cap. 157. νάρθηκος ἐντεριώνης μετ' οἴνου. Scholiaſtes Nicandri p. 45. b. Andream allegat ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ νάρθηκι, quem νάρθηκα inepte explicat Clericus in Hiſtoria medicinae, quo loco de Andrea hoc agit: νάρθηξ medicis eſt vaſculum ex ebore vel alia materia in quo unguenta reponebantur, a forma rotunda, et cauitate ferulae dictum. Hinc Medici graeci libros de medicamentis νάρθηκα inſcripſerunt, vt praeclare docuit Salmaſius de Homonynis p. 5. quem vnicus tantum ille Scholiaſtae locus praeteriit de Andrea.

Carmine 418. v. 3. Dioſcorides γόργονα τὰν λίθοεργον rara notione dixit, quae in ſaxa conuertit, vt monet ſummus Reiskius. Vtitur tamen ita etiam Oppianus 3. Cyneg. 222. Μεδούσης λιθοεργέος.

Carmen 123. Anacreontis eſt mutilatum, vt facile apparet. Salmaſius, qui de Homonynis p. 4. a. laudat, plura videtur in ſuo Codice habuiſſe. Legit ibidem pro τε verſu 1. δὲ et κισσὸν recte de thyrſo hedera ornato explicat. Idem in Anacreonte VI. 5. praeclare

clare explicat θύρσους βρέμοντας κατακίσσοις πλοκάμοις, quod me fugiebat cum animaduerſiones meas in iſtum poëtam ſcriberem. Obiter alius Anacreontis locus 22. 11. illuſtrandus: θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων, facit huc Ariſtoteles H. A. VI. 11. de auium nidis; ἐφεξῆς δὲ ποιοῦσι ἀλλήλαις καὶ ἐχομένας ὥστε εἶναι διὰ τὴν συνέχειαν ὥσπερ ὁρμαθὸν νεοττειῶν. Quae ad Oden. III. 29. de καχάζειν habet Faber, illuſtrat Pierſon ad Moerin. p. 215. qui videtur tamen Fabro tacite ſublegiſſe emendationes Heſychii.

Carmine 444. v. 4. καὶ θύρσου χλοερὸν κωνόφορον κάμακα legitur apud Suidam voce κωνόφορος. Sed recte Cod. Lipſ. κωνοφόρου, quomodo legit etiam Salmaſ. l. c. p. 4. b. qui docet χλοερὸν dici, quia ſcapus thyrſi hederis inuoluebatur, vnde κισσὸς pro thyrſo. κωνοφόρον vero a pinea nuce, quae ſummo thyrſo imponebatur.

Carmen 443. exſtabat iam in Anthologia Stephani III. 12. p. 338. vbi pro σὸν θέτο vel σῶν θέτο legitur ἄνθετο. Schedae Thryllitii habent σύνθετο. Eaedem συμπαίκτορα λύχνον dabant. ἄνθετο eſt etiam Carmine 459. v. 10.

Carmine 459. v. 1. ῥῖναι χαράκται occurrunt, i. e. quae abradunt, vnde ῥίνημα de ramentis ferri. Inde apud Nicandrum Alexiph. v. 308. pro κνηστῆρι χαράκτρῳ puto legendum χαράκτῳ. Edidit inter Anacreontica Carm. 423. Barneſius ex Codice Pariſienſi qui dicitur a Kuſtero Emerici Bigotii apographum fuiſſe, et ex codice Bodleiano, olim ex Heidelbergenſi deſcripto; vno diſticho hoc auctius p. 318.

ἡ τὸν θύρσον ἔχουσ' Ἑλικώνιας. ἡ δὲ παρ' αὐτῇ
Ξανθίππη. Γλαύκη δ' ἡ σχεδὸν ἐρχομένη.

B 2 quod

quod distichon Salmasius l. c. etiam memorat, sed non integrum. Monet tamen B. Hudsoniano codici s. Bodleiano deesse etiam hoc distichon; nunc video exstare plenum etiam in edita Stephani p. 301. Idem Barnesius Carm. 424. p. 320. edidit. Carmen 426. p. 322. Carmini 428. Barnesius p. 322. Ionismum restituit. Carmen 429. edidit p. 322. cum Ionismo, monens exstare in Suida v. δυσήχεος. Carmen 432. edidit Barnesius p. 328. qui v. 3. recte κρείοντι ἑρμῇ pro κλείοντι habet, quod volebat restitui Valquenarius ad Hippolyt. p. 166. et p. 287. qui καθέσσατο illustrat cum Wartono ad Theocrit. p. 220. Carmen 543. edidit Barnesius p. 328. in cuius MS. fuerat τελαίαν, vnde procudit τλήιη. versu 4. ἀγαθῆς habet. Quid summus Reiskius ex corrupta item Cod. Lips. lectione effecerit vide p. 109. in his nil veri. Transilio ad Musam Puerilem. Carmen 141. ἄδηλον edidit illustris Klozius ad Tyrtaeum pag. 24. Codex Lipsiensis ita habet:

εἴ τινα πῦ παίδων ἐρατώτατον ἄνθος ἔχοντα
    εἶδες, ἀδιστάκτως εἶδες Ἀπολλόδοτον.
εἰ δ' ἐσιδὼν ὦ ξεῖνε πυριφλέκτοισι πόθοισι
    ὐκ ἐδάμης, πάντως ἢ θεὸς ἢ λίθος εἶ,
Μάγνης ἠράκλειος ἐμοὶ πόθος· ὗτι σίδηρον
    Πέτρῳ, πνεῦμα δ' ἐμὸν κάλλει ἐφελκόμενος.

Salmasius in Exercit. p. 776. laudat vltimum distichon ita vt Ἡράκλειτος legat, quod de Heraclito ciui Magnesiae capit, quem poëta magneti compararet; male. Loquitur enim de Apollodoto puero, cuius Meleager C. 46. meminit, et cuius fortasse etiam hoc carmen est. Pro ὗτι Salmasius ὐχὶ, bene; pro ἐμὸν, ἐμῦ, quod eodem redit; malim tamen ἐμὸν retinere.

tinere. Quae de Magnete Heraclio dici poterant, occupauit Salmasius l. c. cuius tamen copiis vnum locum Eustathii ad Il. T. I. p. 338. 38. sq. addo, qui tamen longior, quam vt describi possit. Salmasium strenue compilauit Hill. ad Theophrastum de Lapidibus p. 171 - 4. p. 220. sq. ed. Norimb.

Carmen 101. ἄδηλον edidit Heinsius ad Horatium p. 32. In Lipsiensi Codice ita legitur:

Τὸν καλὸν ὦ χάριτες Διονύσιον εἰ μὲν ἔχοιτε
Ταμα κ' εἰς ὥρας αὖθις ἄγοιτε καλὸν
εἰ δ' ἕτερον στέρξειε παρεὶς ἐμὲ, μύρτον ἕωλον
ἐῤῥίφθη ξηροῖς φυόμενον σκυβάλοις.

Versu 2. Heinsius: πόλλακις εἰς ὥρας: quod mihi non satisfacit. Versu 4. Heinsius ἐῤῥίφθ' ἐπὶ ξηροῖς. Sed Salmasii membranae ἐῤῥίφθω habebant, quod vnice verum. vide eum in Exercit. p. 674. Pro φυόμενον legit ex coniectura Salmasius φυρόμενον. vere.

(In Gregorio Nazianz. Carmine 106. v. 5. 6.
μάρτυρες ἰλήκοιτε, μόγις μὲν ἔτι χερείων
Νέννα φίλη, κρυπτῷ κἀμφαδίῳ πολέμῳ.
lege μόγησε μὲν et ride Muratorii ineptias. Carmine 114. v. 3. lege ἐγρομένη pro ἐργομένη, quod Muratorius pro ἐγειρομένη dictum vult.)

Explicabat inde Heinsius locum Horatii:

Laeta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pulla magis atque myrto,
Aridas frondes hiemis sodali
Dedicet Hebro.

Sed eum grauiter refutauit Salmasius l. c. qui docet dissimillimum esse illum locum nostro carmini. Sed pertinet huc epigrama 184.

καὶ σικυὸς πρῶτος πῦ ἐπ' ἀνδήρεσιν ὀραθεὶς
Τίμιος, εἶτα σύων βρῶμα πεπαινόμενος.

ἕωλον μύρτον est hesternum, quod marcidum est. Ita *rosa hesterna* apud Propertium, et capilli hesterni, de quibus P. Burmann ad Quintil. 8. 3. Broukhus ad Propert. 2. 25. 59. hesternae coronae Ovid. Amor. 3. 7. 66. cf. Victorius V. L. 22. 5. Hinc eleganter Psellus de Operat. Daemonum p. 37. ταῦτα μὲν ὡς ἕωλα καὶ καταψευσμένα περιεῖδέ τε καὶ ἐξωμόσατο. p. 42. διὸ καὶ ἕωλα ταῦτα παρῆκα διαρρυήσασθαι. (Ex priore Pselli loco apparet recte in Carmine 386. v. 10. pro ἀπωσες: schedas Thryll. exhibere ἀπωμοσάμην. Oppianus Cyneg. I. 247. γάμον ἀμφοτέροισιν ἀπώματον i. e. detestabilem.) Notum poëtas pueros floribus comparare. Carmine 39. inter Kloziana v. 4. ἀντίοχον λιπαρῶν ἄνθεμον ἠιθέων. et v. 6. Στασικράτη Παφίης ἔρνος ἰοστεφανῦ. Cum quo loco comparandum elegans Gregorii Nazianzeni Carmen in Anecdotis Muratorii p. 25.

ἔρνος ἀμώμητον, Μυσῶν τέκος, εἶαρ ἑταίρων,
καὶ χρύσεον χαρίτων πλέγμα ἰοστεφάνων.

male ibi Muratorius πλεῖγμα praefert. Inepte versum secundum vertit Saluinius apud Bandinum Catalogo Biblioth. Laurent. T. I. p. 312. Charitum nexus amabilium. Debebat πλέγμα, coronam vertere. Sed sunt plura in versione illa metrica, quae quis iure reprehendat. Nescio sane, cur Bandinus omnia, quae Saluinius, vel puer, vel senex lusit, tam sancte asseruanda censeat.

Carmen 102. Dionysii eodem ordine legebatur in Salmasii membranis, qui protulit distichon secundum Exercit. p. 674. Putat idem esse imitationem prae-

praecedentis carminis, eodem ſenſu, aliis tantum verbis. Quod equidem, qui meus ſtupor eſt, non video. Edidit Wolfius ad Sappho p. 237. ex codice tum Vffenbachiano, nunc Lipſienſi:

εἰ μὲν ἐμὲ ϛέρξεις εἴης ἰσομοῖρος ἄκραιτε
χείω, καὶ χείε πολὺ μελιχρότερος.
εἰ δ' ἕτερον κρίνας ἐμέθεν πλέον, ἀμφί σε βαίη
Κώνωψ ὁ ξηρῶ τυφόμενος κεράμῳ.

Verſu primo margo Cod. Lipſ. ϛέρξαις ſuppeditat, quod probandum eſt propter inſequens εἰ κρίνας. Pro ἄκραιτε Wolfius coniecit ἀκρήτῳ, pro χείω, χίῳ. bene. Sed tum etiam χίε legendum eſt. Verſu 3. coniecit Wolfius ὀξηρῶ vertitque: circa te prorumpat culex vinarius, fumans ex acida teſta. Salmaſius l. c. edidit ὀξηρῶ, vt coniiciebat Wolfius. Ariſtoteles L. V. 19. οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων οἳ γίγνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος et L. IV. c. 8. ὁ δὲ κώνωψ πρὸς οὐδὲν γλυκὺ, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀξέα (προστρέχει). vnde ſatis apparet loqui Dionyſium de culicibus iis qui aceto gignuntur.

Carmen 177. Legitur in Codice Lipſienſi ita:

Τριπὸς ἐγὼ καὶ σῦρμα τερηδόνος εἴθε γενοίμην
ὡς ἀναπηδήσας τὰ ξύλα ταῦτα φάγω.

Haec nullum habent ſenſum. Quid enim τριπὸς? Sed ecce Valquenarius ad Ammonium p. 104. ex Codice Lugd. Batavo edidit θριπὸς, a θρίψ, tarmes, de quo animalculo et τερηδόνι multa ibi praeclara notat V. C. Ambo ξυλόφαγα ſunt. Sed tuam fidem, lector, quis erit ſenſus huius carminis? quo refertur? Neſcio. Coniecturas periclitari licet. Carmen praecedens 176. eiusdem Stratonis tale eſt;

 ὄλβιος

ὄλβιος ὁ γράψας σὲ καὶ ὄλβιος ὗτος ὁ κάλλει
Τῷ σῷ νικᾶσθαι κηρὸς ἐπιστάμενος.

Edidit hoc epigrama Warton ad Theocritum p. 223. qui vltima vertit Felix quicunque pulchritudine tua ceram vincere sciens. Quae mera est insania versionis. Scilicet tantilla menda nocuit Anglo, legit enim κηρὸν, versu 2. quod falsum esse facile ex verbo νικᾶσθαι videre potuisset.

Ad hoc ergo carmen aliquis non sine aliqua verisimilitudine referat forsan carmen 177. Sed equidem ἐπέχω.

Omisi suo loco carmen illud, quod inter Kloziana num. XXIII. est, quod h. l. ponam:

A Κύπρις θήλεια γυναικομανῆ φλόγα βάλλει
ἄρσενα δ' αὐτὸς Ἔρως ἵμερον ἡνιοχεῖ.
Ποῖ ῥέψω; ποτὶ παῖδ' ἢ μητέρα; φαμὶ δὲ κ' αὐτὰν
Κύπριν ἐρεῖν, νικᾷ τὸ θρασὺ παιδάριον.

Ita editum est, sed recte Cod. Voss. versu 2. restituit dorismum ἁνιοχεῖ. V. 3. Cod. Lips. τρέψω, male. Pro μήτερα Cod. Lips. recte μάτερα. Cod. Voss. παῖδα τῇ μάτερα. Sed in margine habet vulgatam lectionem. Facile apparet veram lectionem latere etiam in vitiosa scriptura. Gemellum plane Carmen 93. ἄδηλον, quod in Anthologia Stephani p. 485. cum inscriptione ἄλλο exstat:

καὶ τῇ μὲν φλέγομαι, τῇ δ' ἕλκομαι, ἣν δ' ἀπονεύσω
διστάζω, λάβρῳ δ' ἐν πυρὶ πᾶς φλέγομαι.

pro ἣν δ' schedae Thryllit. dant ibi ἠδ' quod nihil melius. Legendum πῇ δ' ἀπονεύσω vel ποῖ. Locus insignis in hanc rem est Luciani illius fictitii in ἐραστῇ p. 209. ed. Ald. ἐγὼ πληγεὶς ἑκατέρῳ (ἔρωτι) καθά-

καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσοῤῥοπῶς ταλαντεύομαι. Totus ille libellus multum mihi profuit, ad intelligenda epigramata multa. Obſeruaui etiam totum Archiae num. 300. autorem illum verbotenus vertiſſe.

Pauca delibabo hoc loco ex Gregorii Carminibus, quae Muratorius in Anecdotis graecis edidit, vir in litteris graecis plane hoſpes. Carmine 177. p. 161. legitur:

ἤλυθεν εἰς αἴδην τὶς, ὃδ' ἔπτατο. ἄλλος ὄλεσσεν
Θῆρας. ὁ δὲ πλεκτὸν υἱεῖ τεῦξε δόμον.

Muratorius neſcit quo ſe vertat, coniicit tamen vltima forte capienda eſſe de Martis reti. Sed tum δόλον legendum. Sed lege mecum δρόμον, intelligit iter aerium poëta, quod Daedalus Icarum filium docuit, pennis annexis. Carmine 181. p. 164. lege ex MS διφήτορες ἄνδρες, male Muratorius ſubſtituit διζήτορες. Carmine 203. v. 2. pro ὁμωφόριον lege ὁμωρόφιον. Sed manum de tabula.

Carmen 691. Theodoridae, quod inter Ienſiana num. 41. p. 131. edidit Cel. Reiske, apponam, vt a Toupio Emendat. 3. p. 173. emendatum eſt.

ὤχου ἐτ' ἀσκίπων, Κινήσια, Ἑρμῦ λάτρις,
ἐκτίσων αἴδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον,
γυῖα ἐτ' ἄρτια πάντα φέρων, χρήστην δὲ δίκαιον
εὑρὼν σὲ, στέργει παντοβίης ἀχέρων.

Verſum primum ſolus reſtituit ſummus Reiskius, niſi quod ἀσκήπων habet. Pierſon ad Moerin p. 409. legit, ὤχευ ἐτ' ἀσκίπων - - ἑρμῦ ἄγρις, monet in Voſſiano eſſe ὦ χευε Ἰασκίπων, et in altero ὤχευε τασκίπων. Idem ἀχέρων reſtituit pro ἀχέων. ἑρμῦ

 ἄγρις

ἄγρις deprauatum adhuc putabat pro quo MS. ἄγρις. Commode Pierſon Aeſchinis Socratici locum in Axiocho memorat: κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ το ζῆν, ὡς ὀβολοςάτις ἡ Φύσις ἐπιςᾶσα ἐνεχυράζει τῦ μὲν ὄψιν τῦδε ἀκοήν. Verſu 3. γυῖα debetur Toupio; ex ἀχέων recte fecit Reiskius ἀχέρων, quomodo etiam particulam hanc vltimi pentametri laudauit Alberti ad Heſych. voce ῥέκτης. Senſum autem carminis praeclare explicuit Toupius ita: Cineſias τραπεζίτης ſ. foenerator, (qui Mercurii ἐριυνίε ſcil. λάτρις dicitur, vt poëta πιερίδων λάτρις Antholog. III. p. 394.) membris integris, vt baculo non indigeret, obiit, atque ita morti, omnia quae debuit integra reddidit. χρηςὴς autem cum de debitore tum de creditore dicitur docente Salmaſio de Vſuris p. 496. haec fere ſunt quae monuit ad hunc locum Toupius l. c.

Carmine 374. verſu 7. pro τόσην. Suidas voce ποινὴν legit τοιὴν, quod eodem redit.

Carmine 375. verſu 1. V. D. in margine ſchedarum Thryllitii malebat ἔρξασα, quod non intelligo. Idem verſu 3. malebat ἀγκάσ'. Verſu 6. habent illae ſchedae μιγνύμενα, quod ſummus Reiskius bene reſtituit.

Carmine 376. v. 3. Suidas voce σοβεῖ διώκει habet ἐς βόςρυχον ſed correxit Toupius Emendat. 3. p. 142. Idem monet hunc verſum occurrere in edita Antholog. VII. p. 606.

Carmine 377. ſchedae Thryllitii verſu 2. habent ἐμπελάσοι, quod Rhunquenii coniecturam ἐμπελάσαι firmat. Eaedem bene v. 4. δοκέει. Verſus 5. et 6. ita legitur apud Reiskium:

ςήθεα δ' ἐζεύχθω, τά τε χείλεα. τ' ἄλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέτω. ἐχθαίρω τὴν ἀθυροςομίην.

ſed

ſed bene ſchedae illae habent σιγῇ κρυπτέω, quod ἐχθαίρω melius conuenit. Tangam hoc loco Diſtichon ſecundum quod ineptam hyperbolam continet, a Rhunquenio Reiskioque recte taxatam:

μηδὲν ἔοι τὸ μεταξὺ. Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο
Τεῖχος ἐμοὶ δοκέει λεπτὸν ὕφασμα σέθεν.

Comparat Paullus veſtem quae nuda corpora disiungebat, muro Semiramidis, quod ineptum eſt. Quod ſi Semiramidis mentionem omiſiſſet, equidem non adeo faſtidioſe reiicerem hanc comparationem, non ignarus, autores melioris aeui nec inelegantioris ingenii quam Paullo contigit, vſurpaſſe tales imagines. Ecce enim Lucianus Dialog. Meretr. III. p. 308. καὶ τέλος διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, paullo poſt ἀφῃρέθη μὲν ἤδη τὸ διατείχισμα, quem locum bene iam cum Paullino hoc contendit Warton ad Theocr. II. p. 206. Ita etiam Agathias Scholaſticus Carmine 393. quod h. l. obiter emendabo: Verſu 6. pro Κεῖτο χαλικρήτῳ νάματι βριθομένη. Suidas voce χαλικρήτῳ bene χεῖτο habet, quod negligentiam talis ſoporis melius exprimit. Alberti tamen ad Heſychium voce χαλίκρατον, κεῖτο cum Heinſio legit, vbi pentametrum hunc habet. Verſu 19.

οὔπω δ' ἐξαλάπαξα φίλης πύργωμα κορείης
ἀλλ' ἔτ' ἀδηρίτω σφίγγεται ἀμβολίῃ.

Verſu 22.

ναὶ τάχα πορθήσω τείχεα παρθενίης
οὐδ ἔτι μοι στήσουσιν ἐπάλξιες.

Narrat Agathias victoriam amatoriam, et queritur quod tunica tam pertinaciter obſtetiſſet quominus eam eo uſque proferre potuerit, vt ipſa virginitatis

clauſtra

claustra expugnaret. Quilibet videt per ἔπαλξιν Agathiam vestem intelligere; vnde lux oritur et salus Disticho secundo, quod misere torsit Interpretes:

> Προβλὴς ὥς τις ἔπαλξις ἀνέμβατος, οἷα δὲ πυῤῥὴ
> ἔσκεπε τὴν κούρην ἁπλοῖς ἐκταδίη.

Concedent mihi, qui diligenter perlegerint carmen facetum, poëtam initio singulis distichis tribus, diuersas suae voluntatis seu libidinis moras enumerare. Primo disticho meminit vetulae, quae accumbebat puellae. Tertio seruae, quae ianuae tabellas obserauerat, et iuxta sopita cubabat. Secundo ergo, meo quidem iudicio, meminit pallii seu stolae, quae corpus puellae inuidiosa longitudine circumdabat et tegebat. Quod maxime etiam videtur dolere poëta, vt ex versibus 20. et sequentibus videmus. Sed viri doctissimi et in Critica summi, Salmasius et Reiskius distichon hoc de vetula illa accipiunt, quae puellae accumbebat, et cum priori coniungunt. Inde pro πυρὶ, quod Cod. Lips. et Suidas dant, substituere πυῤῥὴ ἁπλοῖς, vt vetula illa ex vini potu nimio, et vasta et plumbea mole facete cum russo birro compararetur: at, probata illa gigantea imagine, quomodo vetula illa dici potest σκέπειν τὴν κούρην, quod de veste tantum dici potest. Vidit hoc incommodum Doruillius ad Charitonem p. 101. qui vult πήρα, vt vestis ampla cum pera seu sacco comparetur. Sed quaeso quanta est pera ad vestem amplam, et quam inepte iunguntur ἔπαλξις et πήρα in comparatione vestis? Denique Toupius Emend. I. 51. legit οἷα δ' ἐπ' ἦρι veluti verno tempore. Nempe puella spirante Fauonio vestem tenuiorem pro more induerat: Ita vir doctissimus. Sed quid Fauonius ad

lectum?

lectum? nisi domus fuerit perillustris. Videtur V. D. emendationem suam hausisse ex verbo ἁπλοῖς, vt poëta quasi rationem redderet cur simplici veste fuerit induta. Sed poëta non tam de ἁπλοΐδι quam de ἐκταδίῃ ἁπλοΐδι queritur. Qualis etiam comparatio esset futura: Vestis tenuis longissima, quasi arx (munimentum) atque vt verno tempore assolet, tegebat puellam? Breuiter dicam, quod sentio. Legendum est πύργος, quod aptum est ἔπαλξις. Vestem vocat ἔπαλξιν et πύργον, quomodo versu 19. πύργωμα κόρειης, et 22. τείχεα παρθενίης eandem vocat. Versu 23. aperte meam emendationem firmat:

οὐδ' ἔτι με στήσουσιν ἐπάλξιες.

quod aperte de veste dictum est, quae turris seu arcis instar victoriam suam fit morata.

Cum maximo meo gaudio inspecto Dorvillio video Guyetum coniecisse iam ante me εἶα δὲ πύργος, quam coniecturam ideo reiicit Doruill. quia praecesserit ἔπαλξις, nec vestis quicquam simile cum turri habeat. Piersonus vero ad Moerin p. 87. vnice Guyeti lectionem probat. ἔπαλξιν et πύργον coniungi monet apud Thucyd. III. p. 120. l. 5. Nil praeterea Pierson ad eam lectionem firmandam, nisi Paulli epigrama itidem affert. Monet in MS. πυργ facile in πυρὶ abire potuisse. Equidem glorior consensu virorum horum, existimoque me eam sententiam pluribus et melius firmasse.

Carmine 380. versu 1. Suidas voce ὀπὸς legit Φίλιννα τὲ ἢ quod Toupius 2. p. 177. recte emendauit. Schedae Thryllit. male. τεή κύπρις ἢ ὀπόσ' ἥβης. Eaedem versu 4. male pro νεαρῆς νεκρῆς habent.

Carmine 381. schedae Thryll. versu 1. bene σευ exhibent pro σοι vulgato. Versu 6. eaedem optime: ὄλβῳ πάντας ὑπερπέταται, pro vulgato; ὄλβȣ παντὸς ὑπερπέταται, quod ineptum sensum fundit. Versu 7. exhibent: ὅς σε περιφλέγδην ἔχε πήχεσιν, male. Etiam apud Nicandrum meum Theriacis v. 475. confusae sunt hae voces:

μή σύγε θαρσαλέος περ ἐὼν θέλε βήμεναι ἄντην
Μαινομένȣ, μή δή σε καταφλέξῃ καὶ ἀνάγχῃ.

vbi in Mediceo καταφλέξῃ recte correctum legitur καταπλέξῃ, quod sine dubio etiam Scholiastes fuit interpretatus. Eutecnius h. l. ita: μηδε . . δὲ (lege μηδεὶς δὲ) ὅτως ἔσω θρασὺς μηδὲ μὴν ἄοκνος ἐκ λογισμȣ̃, ὅςις ἐναντίος ἐλθὼν ποτε βȣληθῆναι ἔχει, τῷ θηρίῳ τȣ́τῳ χωρῆσαι πρὸς μάχην. O . . . . . . μὴ ȣ̓ πρῶτον μὲν ἐξ αὐτῆς τῆς θέας, ἔπειτα μέντοι καὶ τῆς ἄλλης αὐτȣ̃ μανίας τε ἅμα καὶ θρασύτητος τȣ̃ θηρίȣ καταληφθεὶς ἁλῷ. (Lacunam suppleo ita: ὀῤῥωδέων, vt singulae litterae singulis punctis respondeant, quod semper in talibus lacunis tenendum monuit recte Bandinus). μετὰ ταῦτα δὲ περιπλακεὶς ὅιον αὐτίκα ὑπ' αὐτȣ̃ [πȣ καὶ περιεληθεὶς, μυζηθεὶς τε ἅμα καὶ χωρήσας ἕλος διὰ τȣ̃ σώματος καταποθῇ. Ita hunc locum lego.

Carmine 382. versu 1. bene schedae Thryllit. ἡμιγέροντα pro ὠμογέροντα, quod capillo minime conuenit. Eaedem δ' ὑγρὰ et in pentametro: ἡμετέρων παίγνια ταῦτα πόθων, bene: quod ita interpretor: talibus rebus solent crudeliter ludere amores nostri. Versu 4. eaedem νυκτεγρεσίης male. Versu 5. male iterum ταναώριος, nam παναώριος, quod Suidas etiam ex h. l. habet h. v. est Homeri-

cum

Versu primo Codex Palatinus, vt monent schedae La Croz, Cod. Lips. et Wartonus μήτε πτερὰ habent. Sed vulgatam sequuntur schedae La Croz et Thryll. pro νώτων Codex Lipsiens. νώτῳ. sed sched. Thryll. et La Croz. νώτων. Versu 2. φαρέτρην a Wartono habeo. χλαμὺς et πέτασος puerorum sunt, docente Polluce X. 164. τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα πέτασος καὶ χλαμύς. Coniunguntur etiam chlamys et petasus apud Philemonem in fragm. Clerici p. 306. quod monuit in Addendis p. 355. Wartonus. Hermogenes p. 161. ὁ συνθάψας τὴν χλαμύδα τῷ ἐρωμένῳ. Versu 3. restitui μὰ, vt volebat V. D. in margine sched. Thryllit. et alius V. D. apud Klozium. Valquenarius tamen, vbi hoc vltimum distichon habet, in Dissertatione de deperditis Euripidis tragoed. p. 7. laudat ναὶ τὸν, vt Klozius edidit; atque etiam stare possit, quia vltima in τὸν per sequens ἄβρὸν longa efficitur. Idem Valquenarius recte post ἐπόμνυμαι interpungit, quod facit etiam V. D. apud Klozium. Versu vltimo τἔμπαλιν, quae est lectio Cod. Lips. habet etiam Wartonus et Valquenarius. Quid Herellius h. l. tentet, cogeris iterum, amice Lector, in Addendis quaerere. Simile huic carmini aliud quod numero 37. edidit Klozius, et Wartonus ad Theocritum p. 33. quod ita lego:

Ἐι καθύπερθε λάβοις χρύσεα πτερὰ καὶ σεν ἀπ' ὤμων
Τείνοιτ' ἀργυρέων ἰοδόκος φαρέτρη,
Καὶ σταίης παρ' ἔρωτα φίλ' ἄγλαον κ. λ.

Versu 2. τείνοιτ' e Cod. Lips. Voss. et sched. Thryll. ita quoque Wartonus l. c. Meleager in edita p. 333. εἰ καὶ σοὶ πτέρυγες ταχιναὶ περὶ νῶτα τέτανται.

ἀργυ-

ἀργυρέων iterum a Cod. Lipſ. Voſſ. et Wartono accepi, qui tamen in Addendis p. 348. monet Virum doctum, quem putat eſſe Guyetum, in Codice Pariſienſi bibl. Bodlej. coniicere τείνοιτ' ἰοδόκος ἀργυρέη Φαρέτρη. Lectori optionem do. Ego ſequar Cod. Lipſ. qui etiam recte cum Voſſ. et Wartono habet Φιλ' ἄγλαον. Carmen 38. eiusdem argumenti edidit Wartonus ad Theocritum p. 253. vt Aſclepiadae, ſine vlla varietate lectionis.

Carmen 32. ſuauiſſimum eſt, ſed in diſticho ſecundo corruptum, quod ita reſtituo:

Ζεῦ πάτερ, ἆρα φίλημα τὸ νεκτάρεον Γανυμήδευς
Πίνεις καὶ τόδε σοῖς χείλεσιν οἰνοχοεῖ;

ἆρα eſt ex Cod. Lipſ. Wartonus ἄρα habet, et vertit certe. In Addendis pag. 348: monet idem in Codice Pariſienſi bibl. Bodlej. coniici pro Φίλημα το, Φίλημ' ὅτε. Scilicet tum legendum eſſet πίνες et ὠνοχόει. Sed hac emendatione non opus Recte enim verſu 2. Cod. Lipſ. et Wartonus, qui carmen hoc edidit ad Theocritum p. 38. πίνεις habent, quod ſequens οἰνοχοεῖ requirit, poſt quod verbum ſignum interrogandi ponendum. σοῖς pro σοὶ vulgato ex coniectura V. D. in margine ſched. Thryll. Verſus ſexti finem male vertit Wartonus: halitus ſuaue bibi mel. Bene tamen idem ſuſpicatus eſt non ſanum eſſe hoc carmen. Partem primi pentametri habet Alberti ad Heſych. voce ἀποπεῖν.

Carmen 39. etiam corruptum eſt pluribus locis, quod ita reſtituo. Verſu igitur 3. Cod. Lipſ. recte χρυσέοισι, quod tamen leue eſt. pro ἠὲ θέων facile erat corrigere ἠιθέων, quod vidit Koehlerus ad Theocrit. p. 16. et Cod. Lipſ. cum Voſſ. habet.

Verſu

Versu 5. recte Cod. Lipſ. et Voſſ. habet ἐπηυγάσασθε, quid aſpexiſtis? Verſu 6. iidem recte Παφίης exhibent, quod habet etiam Wartonus ad Theocrit. p. 83. vbi verſus hic editus eſt. Verſu vltimo lege ἕλοιτε ex Cod. Lipſ. Voſſ. ἂν ἕλητε corr. ἀνέλοιτε.

Carmen 40. Rhiani, edidit Pierſon ad Moerin. p. 211. vt ἄδηλον Wartonus ad Theocritum p 44. ſed recte coniicit eſſe Rhiani. Verſu 1. exhibet Voſſ. Pierſon, Wartonus, Δεξιόνικος. Ita apud Ariſtoph. Pluto v. 800. aliqui Codices pro Δειξίνικος habent Δεξίνικος quod probat Hemſterhuſius p. 269. Verſu 3. idem Wartonus habet κ' ὦ μὲν et ἀποςενάχων. Voſſ. ἀπεκώκυσεν et v. 5. κίγχλη. Pierſon l. c. ἀνεκώκυεν. Scriptura vera κίχλη eſt. Inde κιχλίζειν, quod eſt nimium, immoderate, meretricio modo ridere, cf. Sallier ad Moerin. p. 213. Talia τριγλίζειν, ταγαλίζειν; de quibus vide Heſychium. κίχλων tria genera recenſet Ariſtoteles H. A. IX. 20. ἰξοβόραν, τριχάδα, ἰλιάδα, quo in loco tamen Athenaeus 2. p. 65 ἰλλάδα habet, quod ſequitur Euſtathius. Heſychius vulgatam explicat h. v. κοσσύφων duo genera habet IX. 19. Euſtathius ad Il. α. p. 88. l. 48. ἰςέον δὲ ὅτι καθάπερ ὁμίχλη διὰ τȣ͂ η, ὅτως καὶ τρίγλη ὡς ἀρέσκον ἐςὶν Ηρωδιανῷ. Idem ad Odyſſ. X. p. 795. eadem, ſed copioſius, habet; addit ἀρέσκεται δὲ τῷ τοιȣ́τῳ κανόνι καὶ Ἡρωδιανός. Pierſonus ad Moerin. p. 184. cenſebat Euſtathium reſpexiſſe ad locum Herodiani in Philetaero p. 448. ὁμίχλη ȣ̓χὶ ὁμίχλα ἀλλὰ ὁμοίως ἡ ὀμίχλη ὡς ἡ τρίγλη διὰ τȣ͂ ή. Sed quid erit pretii, ſi verum fontem indicauero, vnde hauſit Euſtathius; docueroque Philetaerum Herodiani nihil niſi excerptum ex opere

eius maiore esse? -- Ecce enim! Herodianus in libro ζητουμένων κατὰ κλίσιν παντὸς τοῦ λόγου μερῶν, in MS. Mediceo apud Bandinum Bibl. Laurentiana T. I. p. 146. ἔτι πλημμελοῦσιν οἱ λέγοντες τρίγλα καὶ κίχλα καὶ σμίχλα δέον λέγειν διὰ τοῦ η τρίγλη καὶ κίχλη καὶ σμίχλη. οὐδὲν γὰρ ὄνομα θηλυκὸν τῷ λ παραληγόμενον εἰς α ἀλλ' εἰς η ὥσπερ πύλη πύλης κρωβύλη κρωβύλης, ἀρβύλη ἀρβύλης. οὕτως ἐροῦμεν καὶ ταῦτα. Hunc canonem manifeste respexit Eustathius, quod cuiuis conferenti patebit. Contra hunc canonem peccat Antipater Anthol. I. p. 85. vbi κίχλαν et κίχλας habet. Sed p. 84. in carmine Silentiarii v. 2. recte κίχλῃ. Ceterum notabile quod in tribus epigramatibus quae in Anthologia l. c. leguntur, semper iuncti inueniuntur merula et turdus in venatione. Carmine 422.

Τὸν δὲ μόνον πλεκτῶν αὖθε μεθῆκε λίνων
Ἱρὸν ἀοιδοπόλων ἐτύμως γένος. vbi recte Codex quondam Fabricii ἔτυμον. Carmen 429. v. 5. de merula capta.

ἀδ' αὖθις μεθέηκε τὸν ἱερόν. ἦν ἄρ' ἀοιδῶν
Φειδὼ κἠν κωφαῖς, ξεῖνε, λινοστασίαις.

Carmine 423. v. 2. κόσσυφος ἡδυβόας v. 5. 6.

ἦ τάχα που τριμάκαιρα Φιλάγρετις ὄρνιν ἀοιδὸν
Ἄρτεμις εὐμόλπου λῦσεν ἄνακτι λύρης.

Vnde apparet κόσσυφον cum omnibus auibus cantatricibus Apollini fuisse sacrum; inde ἱεροὶ dicuntur. Quod tenendum. Obiter eximenda exigua menda fabulae s. τετραστίχῳ Gabriae, quod cum aliis ineditis dedit Bandinus Catalog. Bibl. Florent. T. 1. 29. cum elogio: ἐν κινδύνοις ἐστὶν ὅτε οἱ ὕποπτοι σωτῆρες τῶν φίλων εὑρίσκονται.

ἔλαφος

ἔλαφος ὡς ἔβλεπεν εἰς ὕδωρ κέρας,
ηὔχει καθ' αὐτὴν κερτομοῦσα τοὺς πόδας,
λεὼν δ' ἐπεὶ δίωκε, τούτους ἠγάπα
κέρας καθυβρίζουσα θήρας ὡς πάγην.

Videtur legendum θηρὸς ὡς πάγην. Sed facile concedo, inepto autori ineptam locutionem esse relinquendam. Autor ille legi vix meretur. Sine vllo respectu ad turdum vel merulam ἱερὸς ὄρνις simpliciter dicitur Mnasalcae Anthol. 3. p. 241. Simile votum est Alcmanis in fragmento elegantissimo, quod seruavit Antigonus Carystius Capite 27. vbi de κηρύλῳ agit, qui graecis mas halcyon est:

οὔ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες, ἱερόφωνοι,
γυῖα φέρειν δύναται. βάλε δὴ βάλε, κήρυλος εἴην
ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι πέτηται,
νήλεες ἦτορ ἔχων, ἀλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

Huius fragmenti verba quaedam habet Athenaeus L. IX. p. 374. vbi id bene vidit Casaub. Ad intelligendum hoc fragmentum notandum est, marem halcyonem, vbi consenuerit, a feminis dici super alis ferri.

Carmine 42. versu vltimo Cod. Voss. male ἀψαμένους; Habet vero φαντασιὰν dulcissimam, quam multi secuti sunt. Facile autem fieri potest, vt si longius eam persequare, φορτικὸς fiat. Ita ergo Antholog. l. c. 27. quod carmen inter Callimachi epigramata edidit Ernesti p. 330.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος, οὗτος ὁ νύκτωρ
Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι.
Δεῦρ', ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλος, ἔνδοθι γάρ μου
Καιόμενον πολλὴν ἐξάνισι φλόγα.

 Aliud

Aliud ſimile epigrama ſuo Catalectorum exemplari aſcripſerat Tollius, quod habet Burmannus ſecundus Antholog. p. 674. T. 1.

οὗτος, ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν, ἵνα λύχνον ἀνάψῃς,
δεῦρ', ἀπ' ἐμᾶς ψυχᾶς ἅψαι, ὅλος φλέγομαι.

Non praetereundum, quod Comico Veſpis v. 1363. meretrix δαΐς dicitur, vbi Florens affert Lucretii locum; At flagrans, odioſa, loquacula λαμπάδιον fit. A graecis ſumſit Portius Licinius, in carmine eo quod Gellius 19. 9. Burmannus l. c. habent, et graece vertit Scaliger Epiſt. p. 680.

Cuſtodes ovium, teneraeque propaginis agnum,
Quaeritis ignem? ite huc, quaeritis? Ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendam ſiluam ſimul omnem
Omne pecus flamma eſt, omnia, quae video.

Obiter notandus eſt Burmannus, qui ineptiſſime: *ſi digito attigero*, interpretatur: *ſi leui iniuria affecero.* Scilicet vt Patrui ſui Commentarios allegare poſſit, centies per illum futilem Commentarium ineptit, phraſesque corradit. Si digito attigero, eſt proprie intelligendum, vt in carmine hoc: μὴ πρήσω τοὺς πέλας ἁψάμενος. Sed, quod in his rebus fere primum interpretis officium exiſtimo, indicandum, ex quo fonte haec hauſerint poëtae graeci. Fons elegantiae eſt Theocritus Idyll. XIV. 23. εὐμαρέως κὲν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις, quod vidit iam vir ſummus, Caſaubonus, Lection. Theocrit p. 270. qui illud Callimachi carmen itidem laudat. Sed notandum ibi paſtorem loqui, cui talem hyperbolen aliquantum ruſticam facile condonamus. Male tamen hoc poëtae noſtri arripuere. Lucretio etiam concedo ſuum:

Ignis

Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſaeui certamina belli.
Sed in epigramate talia mouent nauſeam.

CAPVT IV.

EPIGRAMATA MVSAE STRATONIS PARTIM EDITA PARTIM INEDITA ILLVSTRANTVR.

Pergam in illuſtrando libro primo Anthologiae Cephalae, cuius apographum ex Codice Lipſ. deſcriptum, conceſſit mihi in vſus meos Vir ſummus, Reiskius, cum variis lectionibus ex ſchedis La Crozianis ſumtis. Indicauit in margine diligenter idem Vir ſummus loca, vbi primum edita fuere epigramata ex hoc primo Anthologiae libro, ad illud tempus, quo Anthologiam Cephalae tractaret; ſuasque ſubinde coniecturas aſperſerat. Plura ſunt etiam quae debeo huic graecarum litterarum oraculo, cuius beneuolentiam gratiſſimus agnoſco, atque vbique publicis laudibus extollam. Memorandus etiam eſt Vir celeberrimus et doctiſſimus, Loesnerus, qui me mirifice in explicandis his carminibus adiuuit, diligenterque loca indicauit mihi, vbi poſtea primum fuerint edita epigramata ex hac Anthologia. Cuius rei maximas viro, quem ſummopere ob ſingularem humanitatem, ob elegantiam latini ſermonis, et ſummam graecae litteraturae peritiam amo et colo, gratias ago. Carmen igitur primum hoc eſto:

Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς εἴρηκεν Ἄρατος.
ὑμῖν δ', ὦ Μοῦσαι, σήμερον οὐκ ἐνοχλῶ.

εἰ γὰρ ἐγὼ παῖδας τε φιλῶ καὶ παισίν ὁμιλῶ,
Τῦτο τί πρὸς Μȣσας τὰς Ἑλικωνιάδας;

Edidit hoc carmen Maius Obſ. S. T. IV. p. 1. Prius diſtichon citat etiam Lennepius ad Coluthum p. 2. Valquenarius in Diatribe de perditis Eurip. tragoediis p. 287. Verſu primo Cod. Lipſ. habet ἔκρινεν. Sed, quod dedi, eſt ex ſchedis La Crozii et Thryll. Maius l. c. qui ex eodem Codice Lipſienſi edidit, habet tamen εἴρηκεν, ſine dubio ex coniectura. Ita Antholog. l. p. 103. τὴν Κίρκην ȣ̓ φημὶ, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος κ. λ. Facete autem alludit Strato ad initium poëmatis Aratei. Simile eſt carmen Luciani Anthol. II. p. 138. vbi initium Arati Phaenomon v. 3. —— μεσαὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἄγυιαι,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεςὴ δε θάλασσα
καὶ λιμένες.
ad Grammaticam tranſtulit ita:
καὶ γὰρ σȣ̃ μεσαὶ μὲν ὁδοὶ, μεςὴ δὲ θάλαττα
καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια γραμματική.
vbi Arati locum notauit Brodaeus, atque Arnaldus Lection. Graec. p. 136. cf. Kallii Specimen p. 4.

Carmen 50. Poſidippi edidit Kloziusad Tyrtaeum p. 62. et ex Codice Bernard. Bibl. Bodlej. Wartonus ad Theocrit. p 90. qui monet in altero Codice aliter legi. Apponam emendatum:

Ναὶ, ναὶ, βάλλετ' ἔρωτες, ἐγὼ σκοπὸς εἷς ἅμα πολλοῖς
Κεῖμαι. μὴ φείσησθ' ἄφρονες. ἢν γὰρ ἐμὲ
Νικήσητ' ὀνομαςοὶ ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθε
Τοξόται, ὡς μεγάλης δέσποται ἰοδόκης.

Verſu

Versu primo pro εἶς ἅμα, quod habet Cod. Lipſ. Wartonus edidit: εἶς κατὰ πολλῶν. in Addendis p. 352. monet edidiſſe hoc carmen Albertium ad Heſychium voce ἰοδόχη, ſed ibi legitur εἰς ἅμα βάλλεις. quod in Codice Pariſienſi Bibl. Bodlej. corrigitur: εἰς ἐμὲ βάλλειν. Correctio illa debetur Guyeto, quam plenius ita exhibet Alberti l. c.: εἰς ἐμέ βάλλειν κεῖμαι, i. e. ἐγὼ σκοπὸς ὑμῖν κεῖμαι, ἔκκειμαι. Sed vnice vera eſt lectio Cod. Lipſ. Verſu 2. Wartonus Φείσητ' habet. Sed recte Alberti etiam Φείσησθ'. Verſu 3. ἀθανάτοισιν eſt lectio Wartoni; nam Cod. Lipſ. ἀνθρώποισιν. Verſus 4. habet aliquantum difficultatis, quem ita intelligo. Eritis inter immortales celebres Sagittarii, tam magnae pharetrae poſſeſſores ſ. domini. Videtur poëta ſe pharetram Amorum dicere, quia omnia ſua tela in eum conſumſerant. Ita etiam vir ille doctus, quem eſſe Guyetum, diſco ex Albertio ad Heſychii l. c. qui hanc gloſſam ad v. 4. in Codice Pariſ. Bibl. Bodlejan. poſuit: ἰοδόκης, ἐμοῦ τοῦ βελῶν πλήρους. Facit huc Oppianus 2. H. 356. ἐν δ' ἄρα λαιμῷ

ἠΰτε δουροδόκη χαλκήλατον ἔσπασεν αἰχμήν.

Sic in Antholog. III. p. 277. in Anacreontem:

ἠϊθέων γὰρ ἔρωτος ἔφυς σκοπὸς, εἰς σὲ δὲ μοῦνον
Τόξα τε καὶ σκολιὰς εἶχεν ἐκηβολίας.

σκολιὰς eſt corruptum; pro quo Vir ſummus, Iac. Reiskius, ad marginem exemplaris ſui coniecerat σκοτιὰς, clandeſtinas. Equidem mallem δολιχὰς. ita Antholog. IV. p. 325.

Τόξα τε καὶ δολιχῆς ἔργον ἐκηβολίης.

Carmine 354. Miſc. Lipſ. p. 459.

ὀυκέτι σοὶ Φαρέτρη ἐπ' ἐμὲ πτερόεντας ὀιςὺς
κρύπτει, Ἔρως, ἐν ἐμοὶ πάντα γὰρ ἐςὶ βέλη.

Modeſtius Rufinus L. VII. p. 475. ἀλλὰ τὸ σῶμα κέκραγεν, ὡς βελέων δεξάμενον Φαρέτρην. Vertit Wartonus. Imo etiam iaculamini Amores, ego ſcopus vnus contra multos iaceo; ne parcatis, inepculi. Etenim, ſi me feriatis, celebres inter immortales eritis ſagittarii, tanquam magnae alicuius pharetrae domini.

Carmen 80. hoc eſt:

εἰ μὴ τόξον ἔρως, μηδὲ πτερὰ, μηδὲ Φαρέτραν,
μηδὲ πυριβλήτυς εἶχε πόθων ἀκίδας,
ὀυκ, αὐτὸν τὸν πτανὸν ἐπόμνυμαι, ὄυποτ' ἂν ἔγνως
ἐκ μορφᾶς. τίς ἔφυ, Ζωΐλος, ἢ τις ἔρως.

Edidt Klozius ad Tyrtaeum p. 112. vltimum diſtichon habet etiam Valquenarius ad Hippolyt. p. 301. qui recte verſu vltimo emendauit ἢ τις pro εἴτις, quod in ſuo codice inuenerat; εἴτις etiam Cod. Lipſ. Male tamen idem ille Valquenarius pro ἐπόμνυμαι legi vult ἐπόμνυμι. Sic enim ſupra habuimus Carmine 21. collectionis Klozianae ἐπόμνυμαι.

Carmen 171. edidit Pierſon Veriſimil. p. 165. et ex eo van Eldick in ſpecimine Suſpicion p. 51.

Τὺς σοβαρὺς τύτυς, καὶ τὺς περιπορφυρεσήμυς
παῖδας. ὅσυς ἡμεῖς ὀυ προσαφικόμεθα,
ὥςπερ σῦκα πέτραισιν ἐπ' ἀκρολόφοισι πέπειρα
ἔσθυσιν γῦπες, Δίφιλε, καὶ κόρακες.

Verſu 2. Cod. Lipſ dabat προσαφιέμεθα, ſed quod poſui, eſt ex ſched. Thryllit. Pierſon verſu vltimo putat intelligi philoſophos, qui adoleſcentes corrumpere

pere cenſebantur. Sed melius illuſtrauit van Eldick l. c. ex Stobaeo Serm. XV. p. 172. Κράτης τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς εἴκαζεν, ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μηδὲν λαμβάνειν, κόρακας τε καὶ ἰκτίνους Vult ergo dicere poëta: nemo ex illis delicatis et faſtidioſis pueris fructum aliquem vel vſum percipiat, ſed tanquam ficus maturae in ſummis montibus a vulturibus vorantur. Narrat Athenaeus XIII. p. 594. de Plangone meretrice, quae Pamphila ab Ionibus dicta ſit. Quod probat Diſticho Archilochi, quod miram lucem h. l. affundit:

συκῆ πετραίη, πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Poſſit quis συκῆ ſenſu obſcoeno ſumere in Archilochi loco, vt μύρτον Ariſtophani dicitur. cf. Suidas h. v. κορώνη etiam τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, Artemidorus V. p. 164. Obſcoenus eſt luſus Priapi in voce σῦκα Antholog. IV. p. 338.

—— —— τἀμὰ κατέσθων
σῦκα, δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω.

Sed melius abiiciemus talem ἀλληγορίαν in Archilocho. Appoſitus eſt locus Epicratis in Antilaide ap. Athenaeum XIII. p. 570. πεπονθέναι δὲ ταὐτά μοι δοκεῖ τοῖς αἰετοῖς οὗτοι γὰρ οταν ὦσιν νέοι, ἐκ τῶν ὀρῶν πρόβατ' ἐσθίουσιν καὶ λαγὼς, μετέωρ' ἀναρπάζοντες ἀπὸ τῆς ἰσχύος· ὅταν δὲ γηράσωσιν, ἤδη δὴ τότε ἐπὶ τοὺς νεὼς ἵζουσι πεινῶντες κακῶς. κᾆπειτα τοῦτ' εἶναι νομίζεται τέρας. Forte etiam inde Theoclea meretrix κορώνη dicta eſt apud Athen. p. 583.

Carmen 17. edidit Waſſius ad Thucydidem p. 7. Musgrave Exercit. Euripid. p. 30.

ὃ τέρπᾶσι κόμαι μὲ, περισσότεροι τε κίκιννοι
Τέχνης, ὃ φύσεως ἔργα διδασκόμενοι.
Ἀλλὰ παλαιςρίτε παιδὸς ῥύπος ὁ ψαφαρίτης,
καὶ χροιὴ μελέων χρωτὶ μελαινομένη.
ἡδὺς ἀκαλλώπιςος ἐμὸς πόθος. ἡ δὲ γοῆτις
μορφὴ θηλυτέρης ἔργον ἔχει παφίης.

Versum 3. illustrare potest Gronovius in Diatribe Statiana p. 150-3. Versu 4. pro χρωτὶ Cod. Lips. habet Wassius σαρκὶ, cui consentiunt sched. Thryll. Musgrave vero l. c. habet σαρκὶ λιπαινομένη. Recepi ego lectionem Cod. Lips. quam mihi videtur require verbum χροιὴ. Ad v. 5. haec notat Musgrave: γοῆτις pro γοῆτυς, ex correctione Salmasii est, testante exemplari, quod meis vsibus indulsit nobilissimus Meermannus. cf. Addenda.

Carmen 183. et 184. male pro vno edidit Maius Obs. S. T. IV. p. 65. nil enim omnino illis commune est. Recte etiam disjungunt schedae Thryll. Edidit primum epigrama etiam Gisb. Koenius ad Gregorium Pardum p. 13. Alberti ad Hesych. v. σπινθὴρ. Ita vero legendum est:

ὀφθαλμὲς σπινθῆρας ἔχεις, θεόμορφε Λυκῖνε,
μᾶλλον δ' ἀκτῖνας, δέσποτα, πυρσοβόλες.
Ἀντωπὸς βλέψαι βαιὸν χρόνον ὃ δύναμαι σοι,
ὅτως ἀςράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις.

Versu 1. male Cod. Lips. ὀφθαλμοῖς. sed recte sched. Thryll. et Koenius l. c. Alberti, quod posui. Ex iisdem versu 2. restitui ἀκτῖνας pro ἀκτῖνος Cod. Lips. Versu 3. solus Alberti habet σε; male. Reiskius noster ex nomine Λυκῖνος, quod Romanum putabat,

tabat, coniecturam de Stratonis aetate duxit. Sed pace viri venerandi moneo, non omnino esse Romanum hoc nomen, quippe quod apud Aristoph. Acharn. v. 50. et in Epistola 4. Phalaridis occurrat. Forte tamen Lycinus noster idem est cum illo, qui saepe in Luciani colloquiis loquitur. Quod ad eandem Reiskii coniecturam ducit. Carmen secundum habet Toupius etiam ad Scholia Theocriti p. 214.

Καιρὸν γνῶθι, σοφῶν τῶν ἑπτά τις εἶπε, Φίλιππε,
πάντα γὰρ ακμάζοντ' ἐςὶν ἐρασώτερα.
καὶ σικυὸς πρῶτος πȣ ἐπ' ἀνδήροισιν ἐραθείς
· Τίμιος, εἶτα συῶν βρῶμα πεπαινόμενος.

Versu 3. insignis est variatio sched. Thryll. quae habent: καὶ σικυὸς κήποισιν ἐπ' ἐνύδροισιν, quae est manifesta glossa verbi ἀνδήροις. Gaudet omnino locis rigidis cucumer, vnde Laches apud Athenaeum p. 73.

ὡς δ' ὅτ' ἀέξηται σικυὸς δροσερῷ ἐνὶ χώρῳ.

Plura de natura cucumerum ibidem vide. Ἄνδηρα Scholia Theocriti ad Idyll. 5. 93. ita explicant: κυρίως δὲ ἄνδηρα τὰ ἐπάνω τῶν ὀχετῶν τῶν ὑγρῶν, ἤτοι τὰ χείλη τȣ̃ ποταμȣ̃. παρὰ τό ἄνω διερὸν εἶναι, ἢ κυρίως ἄνδηρα τὸν ἔνυγρον τόπον, καὶ τὰ τῶν ποταμῶν ἀναχωρήματα γίνωσκε, quae ita in Codice Genevensi Scholiorum, cuius collationem benigne mecum communicauit Vir summe mihi venerandus, Reiskius, παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν διερῶν. τȣ̃τ' ἐςιν τῶν διυγρῶν. τῶν γὰρ ἑδρῶν τὰ ἄκρα καὶ πρωτεύοντα φύονται ἢ φαίνονται ταῖς αἱμασιαῖς, quae egregie firmant emendationem Koehleri ad h. l. p. 24. Consentit Scholiastes Nicandri ad Theriac. 575.

— μάλα

— μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη
χραισμήεις, πρασιῆς τε καὶ ἀνδήροισι χλοάζων.

ad q. l. Schol. p. 38. a. ὅταν ἐν τοῖς ἀνδήροις, (ita lege pro αἰδήροις) καὶ ταῖς πρασιαῖς ἤγουν τοῖς κήποις καὶ τῶν ποταμῶν ἀναχώσεσι ἀνθῇ καὶ φυτεύηται. Eutecnius vero h. l. ita μεταφράζει p. 323. φέρουσι δὲ αὐτὴν κῆποι καὶ τῶν ἀνθήρων οἱ πλείονες. qui locus nescio num sit ex Nicandro corrigendus, an potius existimandum sit ἄνθηροὶ et ἀνθηρὰ esse vocem primae originis, ex qua deinde prodierit ἄνδηρα. Apparet tamen, dictum fuisse Eutecnii tempore ἄνδηροι vel ἄνθηροι genere masculino. Nicander eo loco voluit distinguere amaracum, qui in Graeciae hortis nascebatur, a Sambsucho, quod externum est, licet eiusdem generis cum amaraco, docente Salmasio de Homonymis p. 12. Aristophanes aliquo loco tamen Amaracum Persicum dixit. Similiter in Alexipharm. v. 533. τότε φύλλον ἐναλδόμενον πρασιῇσι καρδαμίδος, μῆδόν τε. distinguit cardamidem vulgarem a Medica. Sensum illius loci, praeter Salmasium, nemo vidit. Adde Theocritum V. 92. ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατον ἢ ἀνεμώνη, πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει. per κυνόσβατον intelligit rosam silvestrem, eamque hortensi opponit. Ita enim idem Salmas. l. c. h. l. explicat, qui ἄνδηρα vult esse puluinaria hortorum, et eminentes areas prope sepes murales hortorum. Sed male ἄνδειρα scribit hanc vocem, vnumque Hesychii locum affert. Meliora, credo, ex aliis do. Ceterum moneo, quae Koehlerus V. C. in Animaduers. ad Theocritum p. 23. tentat in Scholiis Theocriti et in loco Theophrasti, vna esse litura sananda. Docuerat Salmasius l. c. p.

25.

25. omnia ibi esse sana, nec quicquam tentandum. Porro eorum quae Cel. Koehlerus habet de voce ἄνδηρα, multa habet etiam Foesius in Oeconomia Hippoc. h. v. Obiter emendabo Nicandrum meum, quem librarii ita lacerarunt, vt vix integer versus reliquus in eo sit, v. 879. ἄγρει καὶ στρατιῆς χλοερὸν πράσον. Quid στρατιὰ h. l. sit, nemo dixerit, nisi qui iuxta cum Gorrhaeo ineptire voluerit. Mediceus Codex et Riccard. πρασιῆς, quod muto in πρασιῆς, quod firmat Eutecnius, qui in metaphrasi κήποις habet. Male tamen. Πρασιαὶ enim videtur dicta vrbs aliqua Laconica, vbi πράσον affluebat. Apparet id ex Aristoph. Irene v. 240. ἰὼ πρασιαὶ τρισάθλιαι — 244. τὸ γὰρ κακόν τοῦτ' ἐστι τῆς Λακωνικῆς. Debet enim ibi esse nomen vrbis πρασιαὶ, nam in eadem ratione sequitur v. 245. de bulbis μεγάρα et v. 249. de caseis σικελία. Mecum facit aperte Schol. Anth. p. 446. Oppian. 4. H. 319. habet ἐπ' ἀνδήρεσσι θαλάττης, quod Schol. explicant. αἰγιαλοῖς. ἄνδηρα κυρίως τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ παρὰ τὸ ἄνω τῆς δηοῦς ἄρεσθαι. νῦν δὲ σημαίνει τοὺς αἰγιαλοὺς καὶ τὰ ἐκεῖσε βεῦμα. Quid faciam hoc loco, haereo, nisi quod homini ineptias suas relinquendas esse puto, quae eandem verisimilitudinis, an nugarum? speciem prae se ferunt, quam reliquae etymologiae huius vocis, quas videre potes apud Koehlerum l. c. Potuit homo per δηὼ intellexisse terram, quemadmodum apud Orpheum hymn. 22. 5. δηοῦς ἱερὸν βάθρον terra dicitur. Eustathius ad Il. Φ. T. 2. p. 1229. 49. ὅτι δὲ καὶ ἄνδηρα λέγονται αἱ τοῦ ποταμοῦ ὄχθαι, οἱ παλαιοὶ δηλοῦσιν, οἳ λέγουσιν ὡς καὶ ἄνδηρά εἰσιν καὶ αἱ τῶν τάφρων ἀναβολαὶ ἤγουν τὸ ἀναβαλλόμενον χῶμα δι' οὗ ὀχθώδης ἄνω ἡ τάφρος γίνεται. Toupius ad l. c. Scholio-

Scholiorum Theocriti vult ἄνδηρα esse areolas florum, atque habet Suidae glossam: ἄνδηρα μέρος τι τȢ κήπȣ. ὥσπὲρ ἡ πρασιὰ, quae ad Nicandri l. c. videtur pertinere. Videtur Toupii rationem iuuare Eutecnii locus: certe hoc ex tot grammaticorum locis apparet, ἄνδηρα esse proprie ripas fluuiorum, deinde locum quemuis seu hortum irriguum; quo ducit etiam lectio schedarum Thryllitii.

Carmen 104. habet aliquantum difficultatis, quia poëta in ἀμφιβολίᾳ verborum ludere voluit. Edidit Rhunquenius Epist. Crit. I. p. 35. Toupius ad Theocrit Vol. II. p. 392. Ponam integrum, vt legendum puto:

εὐκαίρως πετὲ παιδοτρίβης λεῖον προδιδάσκων,
εἰς τὸ γόνυ κάμψας, μέσσον ἐπαιδοτρίβει,
Τῇ χερὶ τȣ̀ς κόκκȣς ἐπαφώμενος. ἀλλὰ τυχαίως
ΤȢ παιδὸς χρήζων, ἦλθεν ὁ δεσπόσυνος.
Ὃς δὲ τάχος τοῖς ποσσὶν ὑποζώσας ἀνέκλινεν,
ὕπτιον αμπλέξας τῇ χερὶ τὴν φάρυγα.
Ἀλλ' ȣ̓κ ὢν ἀπάλαιςος ὁ δεσπόσυνος, προσέειπε,
παῦσαι πνιγίζων, φησὶ, τὸ παιδάριον.

Versu primo margo Cod. Lips. ad vocem εὐκαίρως ascriptum habet ἐς ὀν, quod quo pertineat nescio. Mihi videtur nomen aliquod proprium pueri in hac voce latere, cui iungendum λεῖον, quod solum positum vix potest puerum imberbem notare. Id enim λεῖος h. l. notare debet, ut docet Rhunquenius, Toupius l. c. et Wartonus p. 65. vbi primum hunc versum laudat, et latinum *laeuis* ita etiam vsurpari docet. Hesych. λείαξ παῖς ἀρτιγένειος, vt ex λίθος, λίθαξ. Plato Gorgia p. 344. ed. Steph. πρᾳότερον

με

με προδίδασκε, vbi Schol. MS. περιτ]έυει ἡ πρόθεσις ἀττικῶς. Verſu 2. Cod. Lipſ. κάμψαι. Sed recte La Croz, Toupius et Salmaſius ad Heliogabalum in S. H. A. p. 800. vbi hoc diſtichon citat, et Latinorum geniculare comparat, κάμψας legunt: in παιδοτριβεῖν eſt ἀμφιβολία ſimilis illi in carmine Automedontis apud Klozium n. 34. v. 6. σὺ καὶ νύκτωρ, φίλτατε, παιδοτριβεῖς; Loca Luciani a Salmaſio l. c. allata appoſitiſſima ſunt ad hanc rem. Verſu 3. κόκκοι ſunt teſticuli, vt recte interpretatur Alberti ad Heſychium h. v. qui haec habet, κόκκος — καὶ τὸ γυναικεῖον μόριον Scholiaſt. Ariſtoph. Av. 507. κόκκυ τὸ αἰδοῖον. contrectans manu κόκκους. Ariſtophanes Eccleſ. v. 703. ὑμᾶς δὲ τέως θρῖα λαμβάνοντας διφόρου συκῆς ἐν τοῖς προθύροις δέφεσθαι. Ita idem Irene v. 966. κριθὴ vtitur, quae vox proprie granum hordei notat. Iterum Eccleſ. v. 1012. πάτ]αλον dicit ſimpliciter, vt ſupra habuimus in hac Anthologia. ἐμπαιδοτριβεῖσθαι προφήτων ἀποφθέγμασιν Porphyrius de Abſtinentia p. 343. ed. Rhoer. Verſu 6. ἀμπλέξας a Salmaſio accepi, qui vltimum Tetraſtichon laudat ad Commodum S. H. A. p. 520. poteſt tamen etiam ἐμπλέξας, quod Cod. Lipſ. ſched. Thryll. et ceteri habent, ferri. Verſu 7. Toupius l. c. legit ἀπάλαιστρος. recte. ἀπάλαιστρος occurrit in Meleagri Carmine 365. v. 4. quod apponam:

Σφαιριστὰν τὸν ἔρωτα τρέφω, σοὶ δ' Ἡλιοδώρα
βάλλει τὰν ἐν ἐμοὶ παλλομένην κραδίαν.
ἀλλ' ἄγε συμπαίκταν δέξαι πόθον. εἰ δ' ἀπὸ σεῦ με
ῥίψαις, οὐκ οἴσω τὰν ἀπάλαιστρον ὕβριν.

Egregia ſunt, quae ibi notauit ſummus Reiskius de ſimilitudine a more palaeſtrae ſumta. Addo Artemidorum

midorum p. 48. ibique Rigaltium, vbi de corde pilae comparato agitur. Meleager totam ἔννοιαν mutuam ſumſit ab Anacreonte apud Athenaeum p. 599. L. XIII. σφαίρῃ δεῦτέ με πορφυρῇ ἐνιβάλλων χρυσοκόμης ἔρως — συμπαίζειν προκαλεῖται etc. E palaeſtra illud Carmin. 298. 4 τὸν κύπριδος δόλιχον. Epicratis apud Athenaeum p. 570. de Laide vetula facta: ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει Eximius eſt locus Platonis Theaeteto §. 3. τίς ἂν ἡμῶν πρῶτος εἴποι, ὁ δὲ ἁμαρτὼν καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος. ὃς δ᾽ ἂν περιγένηται. ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει ὅτι ἂν βούληται ad quem locum pertinet haec gloſſa MS.: καθόλου ἐπὶ τῶν ἐν πράγματι ἡττόνων. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν παίδων τῶν σφαιριζόντων καὶ τὸν νικηθέντα εἰς ὄνον καθίζοντων. Quae illuſtrant mirifice Meleagri carmen. Admirari licet ingenium molle et facile Meleagri et Stratonis, quo dulciſſimas amoris imagines fingunt, omniumque artium, philoſophiae, phyſices, atque adeo ipſius Homeri, ſpoliis eandem rem exornant, quo faſtidio lectorum occurrant. Quod vtinam imitari diſcant vernaculi poëtae! Equidem ingenue profiteor, nihil me tam egregiarum et doctarum nequitiarum in plurimis Italiae, Angliae, Franciae poëtis legiſſe. Quam ſuauiter, ſi ingenium ſolum ſpectes, vſi ſunt more et verbis palaeſtrae, ad varios amoris errores excolendos. Quo fit, vt lectoris mollem animum fallant, et nouitate dulci ad amores ſuos arrigant. Simile eſt illud Rufini Carmen 305.

Τῷ κυανοβλεφάρῳ παίζων κόνδακα Φιλίππῃ,
ἐξ αὐτῆς κραδίης, ἡδὺ γελῶν, ἐποίουν

Δώδεκα

Δώδεκά σοι βέβληκα. καὶ αὔριον ἄλλα βαλῶ σοι
ἢ πλέον, ἢ ἐ πάλιν δώδεκ᾽ ἐπιςάμενος.

Explicuit ſenſum ſatis Salmaſius ad Solinum p. 726. et Reiskius p. 445. Miſc. Lipſ. Tom. IX. Recte vero vidit Cel. Reiskius diſtichon tertium male adhaeſiſſe illi carmini, quod quo referendum ſit nondum reperi, niſi forte coniungendum ſit cum Carmine 329. quod tamen non ſatis placet. Talis luſus in δὲς, λάβε, de quo Reiskius ad Carmen 718. In πρoσέειπε vlcus latere ſcribit Rhunquenius l. c. coniectura Lennepii ſanandum, reſcribendo πρὸς ἀλείπτην. quod tamen non neceſſe erit, ſi cum Sched. La Croz. et Toupio l. c. legamus verſu vltimo:

παῦσαι, πνιγίζεις, φησὶ, τὸ παιδάριον.

Centies enim apud ipſos proſaicos ſcriptores, inprimis Platonem, bis ponuntur verba ἔφη, εἶπε et ſimilia, quod Rhunquenio, qui Platonem triuerat, ignotum fuiſſe non potuit. Verſu 8. Rhunquenius et margo Cod. Lipſ. (nam in ipſo textu eſt πνιγίζειν) παῦσαι πνιγίζειν. Sed recte Sched. La Croz et Toupius l. c. habent παῦσαι, πνιγίζεις. Cuperius Obſerv. I. 12. p. 91. vbi h. l. vtitur, laudat ſic, vt legatur πνιγνίζεις. In verbo πνιγίζειν eſt ἀμφιβολία; dicitur enim de vtraque palaeſtra, quod docuit Toupius l c. Sic ἄγχειν opud Anacreontem Od. 52. 22. de quo loco cf. Witter. ad Thomam M. p. 9. Debetur hic luſus nequiſſimus. Comicis. Ariſtophanes Equitibus v. 1381. ἔχε νῦν ἐπὶ τέτοις τετονὶ τὸν ὀκλαδίαν καὶ παῖδ᾽ ἐνόρχην ὅσπερ οἴσει τόνδε σοί. κἄν πε δοκῇ σοι, τῦτον ὀκλαδίαν ποίει, vbi annotavit bona Scholiaſtes.

Carmen 210. Edidit Doruillius ad Chariton. p. 197. Toupius ad Theocritum p. 215. Vol. II. Ita autem legendum puto:

Ὡς ἀγαθὴ θεὸς ἐςὶ, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι,
πτύομεν, ὑςερόπυν ἀζόμενοι Νέμεσιν.
ἣν συ μετερχομένην ὐκ ἔβλεπες, ἀλλ' ἐνόμιζες
ἔξειν τὸ φθονερὸν κάλλος ἀειχρόνιον.
Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλεν, ἐλήλυθε δ' ἡ τριχαλεπτὸς
δαίμων. χ' οἱ θέραπες νῦν σὲ παρερχόμεθα.

Versu 2. Cod. Lipſ. corrupte ὕςερον ὂν pro quo bene Doruillius legit ὑςερόπυν, quem ſecutus eſt Toupius l. c. qui hanc vocem ex Ariſtoph. Theſmoph. 326. confirmauit. Verſu 3. pro τριχαλεπτὸς mauult van Eldick in Specimine p. 30. vbi repetiit ex Doruillio hoc carmen, ἡ πρὶν ἄελπτος. Toupius vero l. c. legit τριχόλεπτος, quod verbum elegans ait, vt ſolet omnia ille ſua laudare. Idem eſſe vult vir doctus τριχόλεπτος et λεπτόθριξ. quod tum demum credam cum exempla huius compoſitionis protulerit. Porro ait ſuam coniecturam mirifice firmari ex Carmine 41. Aſclepiadae: quod miram lucem ſuperiori praeferre. Videamus:

νῦν αὐτεῖς ὅτε λεπτὸς ὑπὸ κροτάφοισιν ἴυλος
ἕρπει, καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεςι χνόος.

Quid ex hoc loco ſumi vel extorqueri poſſit ad firmandam Toupii coniecturam, ipſe ſolus fortaſſe viderit, non ego. Contra, ſi talibus rationibus pugnandum eſt, contendo ex Carmine 178. patere hanc coniecturam eſſe falſiſſimam:

ὐκ ἐχθὲς παῖς ἦσθα, καὶ ὐδ' ὄναρ ὗτος ὁ πώγων
ἤλυθε. πῶς ἀνέβη τῦτο τὸ δαιμόνιον;

Καὶ

Καὶ τριχὶ πάντ' ἐκάλυψε τὰ πρὶν καλά; φεῦ τί
τὸ θαῦμα;
ἐχθὲς Τρώϊλος ὤν, πῶς ἐγένε Πρίαμος;

Edidit illud carmen Klozius ad Tyrtaeum p. 100. Wartonus ad Theocrit. II. p. 39. qui verſu primo ἐκ ὄναρ. Vertit. Annon heri puer fuiſti? et nec ſomnium quidem, iſta barba ſuccreuit? quomodo ortum eſt hoc daemonium? et pilis obduxit omnia pulchra prius. — Heu! quid hoc monſtri! Heri Troilus cum fueras, quomodo factus es Priamus — Monſtrum verſionis quod omnes Grammatici, quotquot ſunt, vix procurare poterunt. Intelliges carmen ex Antholog. VII. p. 463. ed. Steph.

Τὴν πολιὴν καλέω Νέμεσιν πόθε, ὅτι δικάζει
ἔννομα, τοῖς σοβαροῖς θᾶσσον ἐπερχομένη.

Nemeſis ergo dicitur τριχαλεπτὸς, quod pueri mento et femoribus capillos induxerat. Nempe vt ait Strato carmine 8. coll. Kloz. ὁ γὰρ πώγων καὶ διὸς ἐς ὀδύνη. cf. Add.

Carmen 219. Meleagri nemo adhuc integrum, quantum equidem ſciam, edidit. Diſtichon ſecundum memorat Pierſon ad Moerin. p. 472. Primum et ſecundum Alberti ad Heſychium voce κορώνη.

Ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ
Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι.
ἥρπασατ' ἄλλον ἔρωτ' ἄρνες λύκον, οἷα κορώνη
σκόρπιον, ὡς τέφρη πῦρ ὑποθαλπόμενον.
δρᾶθ' ὅ, τι καὶ βόλεσθε. τί μοι νενοτίσμενα χεῖτε
δάκρυα, πρὸς δ' ἱκέτην αὐτομολεῖτε τάχος.

 ὀπτᾶσθ'

ὀπτᾶσθ' ἐν κάλλει, τύφεσθ', ὑποκαιόμενοι νῦν.
ἀκρὸς ἐπὶ ψυχῆς ἐςι μάγειρος ἔρως.

Carmen hoc mihi videtur nimis φορτικὸν esse; merus verborum lusus, qui nil iusti et sani sensus sonat. Increpat poëta oculos, tanquam noui amoris causam. Comparat iactus oculorum (βλέμματα) cum calamis aucupum, quibus captus Amor inhaeserit. Cum vero supplex precaretur, ait oculos miseratos, vltro hostem suum recepisse, atque inde pulchritudine mera torreri. Ita intelligo carmen obscurissimum. Ad v. 4. facit Hesychius: κορώνη τὸν σκόρπιον. παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερέσι ἢ βλαβεροῖς ἐπιχειρώντων. cf Zenob. IV. 57. Diogenian. I. 52. V. 59. Eadem cum Hesychio Suidas voce κορώνη. Vltimum μάγειρος mera insania videtur mihi esse. In Comicis talia possunt risui mouendo inseruire, sed epigrammatis natura respuit. Longe sobrior in eodem argumento tractando fuit Paulus L. VII. p. 460.

ὀφθαλμοὶ, τέο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ ἐρώτων,
κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες.

Totum locum describere non licet. Sed velim studiosus harum elegantiarum lector totum perlegat, vt ampullas lecythosque verborum abiicere discat, et castigata et sobria probare. Ita Epigr. 117. cuius priora duo Disticha edidit Wartonus ad Theocrit. p. 75.

ἤρκταί μοι κραδίης ψαύειν πόνος. ἢ γὰρ ἀλύων
ἀκρονυχεὶ ταύταν ἔκνισε θερμὸς ἔρως.
εἶπε δὲ μειδήσας, ἕξεις πάλι τὸ γλυκὺ τραῦμα,
ὦ δυσέρως, λάβρῳ καιόμενος μέλιτι

ἐξ οὗ

ἐξ ὃ δὴ νέον ἔρνος ἐν ἠϊθέοις Διόφαντον
λεύσσων, ὄτε φυγεῖν ὄτε μένειν δύναμαι.

Verſu 1. Wartonus l. c. habet μευ. Vocem ἀλύων corruptam cenſeo, cui quid ſubſtituam non ſuccurrit. Cur enim Amor dicatur ἀλύων, qui ſequenti verſu θερμὸς dicitur? Verſu 2. Wartonus: ἀκρονυχὶ et ἔκνισ' ὁ θερμὸς ἔρως. Verſu 3. pro πάλι Wartonus ταχὺ habet. Idem pro γράμμα, quod eſt in Codice Lipſ. habet κρᾶμα. Idem in Addendis p. 351. monet in Cod. Pariſ. Bibl. Bodlej. pro γράμμα conſici κράμμα, i. e. κρᾶμα. Verſu 4. pro καιόμενος Wartonus exhibet πιομένη, quod vir doctus in Cod. Pariſienſi, monente eodem in Addendis l. c. ita interpretatur: πιομένα vel πιόμενος, ποτιζόμενος. Alberti ad Heſych. voce κράμμα, vbi ſecundum diſtichon habet, ſcriptura conſentiente Codici Lipſienſi, monet Guyetum pro πάλι, ταχὺ, pro γράμμα, κρᾶμα, et πιόμενος malle. Sed lectio Cod. Lipſ. defenditur ſatis ex Carmine 123. quod ad Timaei Gloſſar. p. 178. edidit Rhunquenius, vbi Meleager vltimo diſticho ita alloquitur animam:

αὐτὴ τοῦθ' εἵλου. φέρε τὸν πόνον. ἄξια πάσχεις
ὧν ἔδρασας, ὀπτῷ καιομένη μέλιτι.

nempe per μέλι videtur vtroque loco κάλλος intelligendum. Pro λαβρῷ videtur legendum λαρῷ dulci. Ita apud Oppianum Cyn. 4. 277. et 330. μέθυ λαρὸν, et v. 346. λαρὸν ἀείδωσι, 1. H. 115. ὕδωρ λαρὸν, quod Sch. expl. ἡδὺ γλυκύ. Idem 4. H. 528. λαρὸν ἔαρ, et 3105. πυρὶ λαβρῷ, qui locus tamen minime huc pertinet. Monendum tamen etiam h. l. Guyetum legere πιομένη, vt ſupra, monente eodem Albertio l. c. Vltimum diſtichon Carminis 117. edi-

dit Wartonus ad Theocr. p. 84. in cuius codice fuit Διοφάντε, quod recte emendat. Redeo nunc vnde deuerfus fum. Quod igitur oculi dicuntur ἐν ἰξῷ Κύπριδος χριόμενοι, illuftratur ex Antholog. VII. p. 483.

εἴ μοι τίς μέμψοιτο, δαεὶς ὅτι λάτρις ἔρωτος
φοιτῶ θηρευτὴν ὄμμασιν ἰξὸν ἔχων.

Apud Phaedrum, noto loco, occurrit oculis venari viros. — Porro oculi dicuntur παίδων κύνες, quibus fcilicet puerorum amores venantur. Ita Theodorides Antholog. edit. III. c. VI. 49. κῆρας βίε κύνας dicit.

ὄυτω σὴ Πύλιον τὸν Ἀγήνορος, ἄκριτε μοῖρα,
Πρώϊον ἐξ ἥβης ἔθρισας αἰολέων.
Κῆρας ἐπισσεύασα βίε κύνας; ὦ πόποι, ἀνὴρ
δῖος ἀμειδήτῳ κεῖται ἕλωρ αἴδη.

Quo loco Rhunquen. Epift. Crit. I. p. 59. mauult legere: αἴδε κύνας. Difplicet ei Brodaei interpretatio: quod vitam mordeant et lanient. Neque ego diffiteor hanc emendationem magna verifimilitudinis fpecie fe commendare lectoribus, quia ἀνὴρ vltimo verfu dicitur ἕλωρ αἴδῃ κεῖσθαι; habetque l. c. multa loca Rhunquen, vbi Furiae dicuntur Plutonis canes. Ita Apollonius Rhod. IV. 666. κῆρας αἴδαο θοὰς κύνας. Simpliter κύνες pro furiis pofuit Sophocles Electra 1388.

βεβᾶσι δ' ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι
μετάδρομοι κακῶν πανεργημάτων
ἄφυκτοι κύνες.

ibi recte Scholiaftes monet Sophoclem de Orefte tanquam de furiis vltricibus loqui. Ita Harpyae Iouis canes

canes Ariſtoph. Ran. 1327. Aeſchyl. Prom. Vinct. 803. κύνας γρύπας. Idem Rhunquenius monet Lernaeum hydrum Euripidi Hercul. fur. 420. et 1275. canem dici. His adductus emendandum illum Anthologiae locum ſuſcepit Rhunquen. male tamen. Neque enim ibi κῆρες eſſe poſſunt furiae, quod voluit vir doctus, ſed ſunt mortes, ſeu vanae cauſſae et neceſſitates mortis, quas hominibus immittit, vt rapiant ad inferos, μοῖρα ſ. fatum. Saepiſſime ita apud Homerum κῆρες θανάτοιο iungitur, quod recte expoſuit nuper Leſſingius, vir omnibus, qui elegantiores litteras amant, ſummopere colendus, in eo libello, quo docet, qualem veteres Mortis imaginem finxerint. Cui ineptus homo, Zeibichius, nuper hac in re obloquutus eſt ita, vt appareat, hominem ne γρῦ quidem earum rerum, quas ſibi tractandas ſuſceperat, intellexiſſe. Quomodo ergo dici poſſit μοῖρα ſ. fatum immittere furias, Plutonis canes? Nusquam legi furias dici homines interficere, ſed ſunt, et dicuntur peccatorum et ſcelerum vltrices. Satis etiam, credo, vulgata lectio, aliquantum dura, defenditur ex epigramate Meleagri, cui addo Anthol. I. epigr. 48 p. 16.

ἀπρεϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος,

cuius tamen loci paullulum diuerſa eſt ratio. Melius huc facit Palladas Antholog. III. p. 110.

Γέσσιε μοιράων τροχαλώτερε κ. λ.

idem ibidem:

Γέσσιος οὐ τέθνηκεν ἐπειγόμενος παρὰ μοίρης.
αὐτὸς τὴν μοῖραν προὔλαβεν εἰς ἀΐδην.

Vides μοῖρα ἐπείγει Geſſium, ſcil. canibus ſuis, κήρεσι. Aliud epigrama Theodoridae in Heraclitum L. III. p. 215. loquitur lapis:

 ἀγγέλ-

ἀγγέλλω δὲ βροτοῖσι καὶ ἄσηλος περ ἐὼν,
θεῖον ὑλακτήτην δῆμε ἔχεσα κύνα.

qui locus illuſtratur ex illo epigramate, quod Meleagro inſcribitur in Heraclitum Num 560. Anth. Ceph. p. 37. quod recte monet Reiskius Meleagrum non ſpirare. Loquitur Heraclitus ipſe:

Κλάξ γὰρ καινοτόμων ἀςῶν, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευ κ. λ.

ita locum difficilem Cel. Reiske conſtituit, qui tamen plurimum obſcuritatis adhuc habet. Videtur autor illius epigramatis, quo ipſe Heraclitus loquitur, conſilio imitatus obſcuritatem Heracliti, quae inde oriebatur, quia ἀμφιβολίαις pleni erant eius libri, vt veteres omnes fatentur. Gregorius Nicephorus Oratione funebri in Theodorum Metochitam Logotheten magnum, poſt ipſius Hiſtoriam Romanam, a Meurſio edita ſub finem: αἱ πᾶσαι τῶν συμφορῶν ἀλγηδόνες ἀθρόαι δραμῦσαι καὶ τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μνήμης καρδίαν συνειλήφυιαι, καθάπερ τινὲς κύνες ἄγριαι σῶμα πεπτωκὸς ἔνθεν κἀκεῖθεν πικρῶς περιέλκυσιν, φεῦ, καὶ συμπνίγυσι. Graecis etiam miniſtri deorum honeſte dicuntur κύνες, quod docuit D. Heinſ. ad Theocrit. p. 89. 6. Iris apud Callimach. Del. 228. cum cane venatico comparatur. Pindarus apud Ariſtotelem Rhetor. II. 24. Panem vocat μεγάλας θεᾶ παντοδαπὸν κύνα, vbi Schol. p. 47. 2. debuit in ſuo Codice habuiſſe κοινὰ, quod interpretatur κοινῶς. Idem tamen monet legi etiam κύνα, quod nebulo ille pro eximio ſuo ſtupore non vidit eſſe vnice veram lectionem. Facit ad illum Pindari locum Porphyrius de Abſt. IV. 16. p. 352. qui tradit Hecaten a Perſis dictam fuiſſe κύνα. Totus ille

locus

locus lectu digniſſimus eſt. Grammatici Antholog. II. p. 137. Ζηνοδὸτε σκύλακες dicuntur. Anthologia Reiskii Carm. 786.

ἡ δὲ κύων δένδρων καρποφθόρος, ἡ πτιλόνωτος
Κάμπη, καὶ τὸ μόνον βάσκανος ἐξέφαγεν.

Antipater Antholog. edit. p. 53.

Τὸ βρέφος Ἑρμώνακτα διεχρήσασθε, μέλισσαι,
(φεῦ κύνες) ἑρπύστην, κηρία μαιόμενον.

Huc pertinet κυνεμυῖα apud Homerum Il. φ. 394. quem locum interpretatur Suidas h. v. Singularis plane, ſed facetus, eſt locus Eubuli in Orthana apud Athen. 3. p. 138.

ῥιπὶς δ᾽ ἐγείρει φύλακας ἡφαίστε κύνας
θερμῇ παροξύνεσα τηγάνε πνοῇ.

qui locus mire illuſtratur et viciſſim illuſtrat Alexidis locum in Mileſiis apud Athen. IX. p. 379.

πυκνοὶ δ᾽ ἄττεσιν ἡφαίστε κύνες
κεφως πρὸς αἴθραν.

intelligi ſcintillas huc illuc volantes, vidit Caſaubonus, qui in reliquis tamen tricatur. Tam varie ludunt in vſu huius verbi poëtae graeci, quem h. l. copioſius explicui, quia nondum ſatis haec diducta eſſe videbam.

Carmen 239. Stratonis nemo, quod ſciám, edidit:

πρόσθε μὲν ἀντιπρόσωπα φιλήματα, καὶ τὰ πρὸ πείρας
εἴχομεν, εἰς γὰρ ἀκμὴν, Δίφιλε, παιδάριον.
νῦν δὲ σὲ τῶν ὄπιθεν γενάζομαι, ἐ παρεόντων
ὕστερον, ἔσω γὰρ πάντα καθ᾽ ἡλικίην.

 Peſſime

Pessime abutitur homo nequam praeclaro ingenio. Quid enim? Transtulit ex Odyssea λ. v. 66. totum Hexametrum tertium, vbi Schol. λείπει πρός. Sed ibi de parentibus absentibus sermo. Strato mira suauitate ad pueri ὀπισθοδόμον transtulit. Ita Oppianus 2. Cyn. 201. de coitu cerui:

μάρπτει τε καὶ ἀγκὰς ἔχει παράκοιτιν.

qui versus expressus ex Homerico: ἀγκὰς ἔμαρπτε κρόνε παῖς ἣν παράκοιτιν, quod bene vidit Rittershusius. De Parodiis Homericis, quibus olim poëtae publice certabant, egit post H. Stephanum ad Matronis Parodias, Fabricius in B. G. In Latinis fecit idem Ausonius, qui plurima Aeneidos loca, vt Strato, ad sensum obscoenum detorsit. Ex Homero sumtum etiam illud apud Athenaeum p. 571. de meretricibus: αἵτε τάχιστα ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γύνατα μισθὲ ἔλυσαν. Alia parodia scolii est Aristoph. Lysist. v. 633. vbi vide Berglerum. In nostro Carmine legendum videtur ἧς γὰρ ἀκμὴν pro ἔτι. cf. Pierson ad Moerin. p. 79.

Carmen 238. eiusdem est; cuius primum distichon cum dimidio hexametro habet Wartonus ad Theocritum p. 143.

Νυκτερίην ἐπίκωμος ἰὼν μεταδόρπιος ὥρην,
ἄρνα λύκος, θυγάτρεσς εὗδον ἐφεσαότα,
Υἱὸν Ἀριστοδίκε τε̃ γείτονος, ὃν περιπλεχθεὶς
Ἐξεφίλεν, ὅρκοις πολλὰ χαριζόμενος.
Νῦν αὐτῷ τί φέρων δωρήσομαι; ἔτ' ἀπάτης γὰρ
ἄξιος ἑσπερίης, ἔτ' ἐπιορκοσύνης.

Versu 1. Wartonus ἑὼν et μεταδόρπιον. male. Versu 2. idem εὗρον ἐφεσαότα, quod placet. Celeberri-

berrimus Loesnerus significauit mihi se malle h. l. λύκε legere, sed vulgatam praefero. Versu 3. Wartonus ἀριστοδόκε male. Certe nomina ex δίκη facta graecis frequentiora, quam a δοκεῖν. Versu 5. idem Loesnerus legit: νῦν δ' αὐτῷ, quod probo. Prima Wartonus vertit: Comessans hora nocturna postcoenia agnum lupus inueni ianuis adstantem filium Aristodoci vicini. Ibidem multa de verbis ἐπιδόρπιος et μεταδόρπιος compilauit Wartonus; quare plura non addo.

Carmen 235. Eiusdem edidit Leichius in notis ad Carmina sepulchralia p. 5. absque notis.

Οἷον ἐπὶ Τροίην ποτ' ἐπὶ κρήτης, Θεόδωρε,
'Ιδομενεὺς θεράποντ' ἤγαγε Μηριόνην;
Τοῖον ἔχω σὲ φίλον περιδέξιον· ἦ γὰρ ἐκεῖνος
ἄλλα μὲν ἦν θεράπων, ἄλλα δ' ἑταιρόσυνος.
Καὶ σὺ τὰ μὲν βιότοιο πανήμερος ἔργα τέλει μοι,
νῦν δ' ἄγε πεινῶμεν καὶ διὰ μηριόνην.

Versu 1. recte schedae Thryllit. et Leich, sed ex coniectura, ἀπὸ κρήτης dant. Versu 5. eaedem recte τελεῖς μοι. Versu vltimo summus Reiskius ad apographum suum coniecerat: νῦν δ' ἄγ' ἐπαινῶμεν καὶ διαμηριόνην. vna voce, vt alludatur ad διαμηρίζεσθαι. Equidem olim conieceram νῦν δ' ἄγε βινῶμεν καὶ κατὰ Μηριόνην, i. e. ὥσπερ Μηριόνης. Nunc video βινῶμεν esse in schedis Thryllitii, atque etiam in Codice Dresdensi, vbi supra διὰ scriptum erat: *sic*; quo puto vitium latens significari: Loesnerus meus: quid si sit βινῶμεν διὰ per Tmesin pro διαβινῶμεν et μηριόνην pro σὲ: Acute; sed equidem κατὰ praefero. Ita Carmine

282.

282 μιμῦμαι Πύῤῥον simili in nequitia. Leich male bis ἀλλὰ habet.

Carmen 226. ἄδηλον nondum editum reperi.

Ἠγρεύθην ὑπ' ἔρωτος, ὁ μηδ' ὄναρ ἐδ' ἔμαθόν περ
ἄρσενα ποιμαίνειν θερμὸν ὑπὸ κραδιάς.
ἠγρεύθην. ἀλλ' ἐ μὲ κακῶν πόθος, ἀλλ' ἀκέραιον
σύντροφον αἰσχύνῃ βλέμμα κατηνθράκισεν.
Τηκέσθω μυσῶν ὁ πολὺς πόνος, ἐν πυρὶ γὰρ νοῦς
βέβληταί, γλυκερῆς ἄχθος ἔχων ὀδύνης.
ἐ πλεονεκτεῖται δ' ἐδ' ἄτερος. ἄλλοτε μὲν γὰρ
ἵσαται ὁ προδιδὲς, ἄλλοτ' ὄπισθε πάλιν.
Τῦτ' ἐσὶν πάντως τὸ προοίμιον. εἰς γάρ ἀμοιβὴν,
ὡς λέγεται, κνήθειν εἶδεν ὄνος τὸν ὄνον.

Disticho vltimo lego: τὸ παροίμιον i. e. παροιμία. Versu 5. τηκέσθω olim mutabam in ἐῤῥίφθω, vt legitur Carmine 108. quod Dorville ad Charitonem p. 1088. edidit:

ἐῤῥίφθω σοφίας ὁ πολὺς πόνος.

vbi schedae Thryll. et Cod. Dresd. male φθόνος exhibent; sed nunc video vulgatam bene habere. ὄμμα σύντροφον αἰσχύνῃ dicitur eleganter. Compara, quae dixi ad Anacreontem p. 126. et in Addendis p. 57. Addo sublimem Pindari locum de nympha Cyrene sola dormiente. Pyth. θ. ἐπωδ. ά. κωλ. ιδ. τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν παῦρον ἐπὶ βλεφάροις ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα πρὸς ἀῶ. Vnde manifeste sumsit Meleager Carm. 338. ἄρα γ' ἔχει σύγκοιτα τὰ δάκρυα κ. λ. Ad argumentum huius carminis pertinet locus Stratonis Epigr. 4. quod Menagius ad Laërt. p. 101. habet, vbi in vltimo disticho:

εἰ δ'

εἰ δ' ἐπὶ πρεσβυτέρυς τὶς ἔχει πόθον, ὐκ ἔτι παίζει,
ἀλλ' ἤδη ζητεῖ τόνδ' ἀπαμειβόμενος.

vbi alludit ad frequentatam Homero locutionem ſuo more Strato, quam tangit etiam Martialis I. 46. Ariſtophanes Eccleſ. 1039. iuuenis ad puellam: ὥστ' ἀντὶ τύτων τῶν ἀγαθῶν ἐσ ἑσπέραν μεγάλην ἀποδώσω καὶ παχεῖαν χάριν. Martialis L. 1. 15.

Si tibi Miſtyllus cocus, Aemiliane, vocatur,
Dicatur quare non Taratalla mihi?

Eſſe videtur ſenſus obſcoenus ex Iliade ſumtus: Μίστυλλον τ' ἄρα τ' ἄλλα καὶ ἀμφ' ὀβέλοισιν ἔπειραν. Intelligent qui Ariſtophanem callent. Alia Parodia Stratonis Homerica exſtat Carmine 191. quod dedit Dorville ad Charitonem p. 505.

χάλκεα χρυσέιων. νῦν εἴπατε. δὸς, λάβε, παίζει
Σωσιάδης ὁ καλὸς, καὶ Διοκλῆς ὁ δασύς.

— — — — —

ὕτω Τυδείδης Γλαῦκον ἐδωροδόκει.

Cui loco ſimillimus exſtat Platonis in Sympoſio p. 1204. ed. Steph. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλυς, ὐκ ὀλίγῳ μῦ πλεονεκτεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀλήθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς.

Carmen 222. Meleagri nondum a quoquam editum reperi integrum.

εἴσε πόθοι στέργυσι, Φιλόκλεες, ἤτε μυρίπνυς
πειθὼ καὶ κάλλυς ἀνθολόγοι χάριτες,
ἀγκὰς ἔχεις Διόδωρον. ὁ δὲ γλυκὺς ἄντιος ἤδη
Δωρόθεος, κεῖσθω δ' ἐς γόνυ Καλλικρέτης

Ἰαίνει

'Ιαίνοι δὲ Δίων, τὸ δὲ ἔυϛοχον ἐν χερὶ τείνων
σὸν κέρας, 'Ουδιάδης δ' αὐτὸ περισκυθίσαι.
Δοίη δ' ἡδὺ φίλημα φίλῳ, Θήρων δὲ λαλῆσαι,
Θλίβοις δ' Εὔδημον τυτθὸν ὑπὸ χλαμύδι.
'Ει γάρ σοὶ τάδε τερπνὰ πόροι θεὸς, ὦ μάκαρ,
οἵαν
ἀρτύσεις παίδων Ρωμαϊκὴν λοπάδα.

Distichon vltimum habet Salmasius ad Tertullianum de Pallio p. 432. qui docet, λοπάδα ῥωμαϊκὴν proverbio fuisse celebratam pro patina miscellanea fictili, variis et exquisitis deliciis referta. Habet etiam idem distichon Alberti ad Hesychium voce λοπάς. περισκυθίσαι est Scytharum proprium, qui capti bello cutem capitis detrahebant, et differt a σκυτίσαι, vt praeclare docuit Reinesius V. L. p. 458. quem non intellectum compilauit Toupius Emend. 3. p. 40. Bene Suidas: περισκυθίσαι κυρίως τὸ ἀποτεμεῖν τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δέρμα σὺν ταῖς θριξί; vbi conf. Kusterus. Debetur vero haec nequitia Comico Lysistrat. v. 952. vbi senex spe coitus a puella delusus: τάτ' ἄλλα πάντα κἀποδείρασ' οἴχεται.

Carmen 161. Stratonis edidit Wolfius ad Saphon. p. 246.

ἢ μὴ ζηλοτύπει, ἄλλοις ἐπὶ παισὶν ἑταίρους,
ἢ μὴ θηλυπρεπεῖς οἰνοχόους πάρεχε.
Τίς γὰρ ἀνὴρ ἐς ἔρωτ' ἀδάμαντινος; ἢ τίς ἀτειρὴς
οἴνῳ; τίς δὲ καλοὺς οὐ περίεργα βλέπει;
ζώντων ἔργα τάδ' ἐστίν. ὅπου δ' οὐκ εἰσὶν ἔρωτες
οὐδὲ μέθαι, Διόφρων, ἦν δ' ἐθέλῃς, ἄπιθι.

Κἀκεῖ

Κἀκεῖ Τειρεσίην ἢ Τάνταλον ἐς πόθον ἕλκε,
Τὸν μὲν ἐπ' ὀδὲν ἰδεῖν, τὸνδ' ἐπὶ μῦνον ἰδεῖν.

Pro θηλοπρεπεῖς male Wolfius coniicit θηλυμελεῖς, molliter canentes. Hoc pincernarum munus nunquam fuit, de quibus sermo. φαντασίαν illam a Tantalo sumtam habet etiam Paulus Antholog. 7. p. 456.

καὶ τάχα Ταντελέης ἀχερόντια πήματα ποινῆς
ἡμετέρων ἀχέων ἐστὶν ἐλαφρότερα.
ὁ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείργετο χείλεα μίξαι κ. λ.

Locus classicus de ministerio puerorum nequam est Luciani Amoribus p. 210. ed. Ald. καὶ πᾶς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένειος ἦν μέχρι τοῦ πρῶτον ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ παραμένοντες, ἐπειδὰν δὲ ἰούλοις αἱ παρειαὶ πυκασθῶσι, οἰκονόμοι καὶ τῶν Ἀθήνησι χωρίων κηδεμόνες ἀπεστέλλοντο.

Carmen 156. Dioscuridae (ita enim ex Meleagri corona videtur scribendum) edidit Wartonus ad Theocritum p. 181.

Ἐξέφυγον Θεόδωρε τὸ σὸν βάρος. ἀλλὰ σὸν εἶπα;
ἐξέφυγον τὸν ἐμὸν δαίμονα πικρότατον.
Πικρότερός με κάτεσχεν. Ἀριστοκράτει δὲ λατρεύων,
μυρία δεσπόσυνον καὶ τρίτον ἐκδέχομαι.

Versu primo Wartonus εἶπα recte cum signo interrogationis, quod in Codice Lipsiensi deest. Versu vltimo δεσποσύνων -- τρίτα, et verrit: Effugi Diodore tuam molestiam. Anne vero tuam dixi? effugi meum daemona grauissimum. Graviter me occupauit; Aristocrati enim seruiens millies (magis) sub domino et ter (millies) teneor. Idem in

in Addendis p. 355. monet v. 1. pro ἀλλὰ σὸν εἶπα in Codice Parisiensi legi ἀλλ' ὅσον εἶπα sine puncto, quod ibidem corrigatur; ἀλλ' ὁ συνοιδώς. quod equidem non capio. versu 2. pro ἐξέφυγον ibidem coniici οὐκ ἔφυγον, quod probem; nam melius aliquid extundere nequeo. Sed δεσπόσυνον et τρίτον retinendum censeo. μυρία dicitur fortasse pro μυριάκις, vt in Anthologia edita alicubi πέντε pro πεντάκις, atque adeo in ipso Homero tale quippiam inueni, quod non succurrit. Sensus tamen poëmatis nondum satis apertus mihi visus est.

Carmen 151. Meleagri edidit Wartonus ad Theocritum p. 102. et Ill. Klozius ad Tyrtaeum p. 79.

ἡδὺ μὲν ἀκρήτῳ κεράσαι γλυκὺ νᾶμα μελισσῶν,
ἡδὺ τε παιδοφιλεῖν κἀυτὸν ἐόντα καλόν.
οἷα τὸν ἁβροκόμην στέργει Κλεόβουλος Ἄλεξιν,
θνατὸν ὄντως τὸ Κύπριδος οἰνομέλι.

Versu 1. Wartonus habet νεῦμα, quod emendabat in νᾶμα, vel ῥεῦμα, vel χεῦμα. νᾶμα verum est. Versu vltimo margo Cod. Lipf. θνητὸν γ' et τᾶς pro τό. Wartonus habet εὔκρατον ὄντως τᾶς. sed corrigit εὐκράτου. male. Lectio enim illa vnice vera est. Vertit Wartonus: Suaue quidem miscere vino flumen apum, suaue et amare cum ipse sis pulcher. Ita mollicomum Alexis amat Cleobulum, quod est purum putum Veneris vinum mulsum. Versio pura puta barbaries! Similis argumenti Carm. 143. Meleagri, quod male cum alio iunctum puto; quae enim post distichon secundum leguntur, nil ad rem praesentem. Quare ponam h. l. duo priora tantum disticha, quae sensum elegantem absoluunt:

ἡδὺς

ἡδὺς ὁ παῖς καὶ τοὔνομ' ἐμοὶ, γλυκὺς ἐστὶ Μυΐσκος
καὶ χαριεστινάχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν πρόφασιν.
Καλὸς γὰρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλὸς. εἰ δ' ἀνιηρὸς,
εἶδε τὸ πικρὸν ἔρως συγκεράσαι μέλιτι.

Edidit eadem haec difticha Wartonus ad Theocrit. p. 363. qui v. 2. καὶ χαρίεις ἵν' ἔχω μὴ οὐχί. Forte legendum: καὶ χαρίεις μὴ ἔχω οὐχί κ. λ. fecundum diftichon habet etiam Valquenarius ad Hippolyt. p. 201. fine lectionis aliqua varietate. Nolo Wartoni verfionem barbaram apponere, ne lectori naufeam moueam. Potius loca Ariftophanis proferam, quae carmen noftrum, atque illud, quod fupra protuli, Diofii, mirifice illuftrant. In Equitibus v. 1301. Hyperbolum ὀξίνην i. e. vappam, durum, truculentum dicit. Pluto v. 1087. de vetula: ἀλλ' ἐστὶ κομιδῇ τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά. in Vefpis v. 1300. fenem νεόπλουτον τρύγα vocat. Sed aptiffimus locus eft Vefpis v. 872. παῦσον τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος ἀντὶ σιραίου μέλιτος σμικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας. vbi Berglerus alium ex Irene v. 996. locum affert: μίξον δ' ἡμᾶς — φιλίας χυλῷ καὶ ξυγγνώμῃ τινὶ πρᾳοτέρᾳ τὸν νοῦν κέρασον. Hinc explicandum Carm. 157. quod Ill. Klozius ad Tyrtaeum p. 80. edidit. Integrum tamen id mihi non videtur effe, fed ab alio diuulfum. Exfpectanda Codicum opera.

σπονδὴ καὶ λιβάνωτε· καὶ οἱ κρητῆρι μιγέντες
δαίμονες, οἱ φιλίης τέρματ' ἐμῆς ἔχετε.

Scilicet amantes amicitiam fuam poculis firmabant, invocato numine aliquo. Inde intellige Meleagrum Carm. 325. de Heliodora:

αὐτὰ γάρ μι' ἐμοὶ γράφεται θεὸς, ἧς τὸ ποθεινὸν
οὔνομ' ἐν ἀκρήτῳ συγκέρασας πίομαι.

Inde explicandus Anacreon Od. 48. νόμους κεράσσω, et κύπελλα θεσμῶν, κύπελλα πόθων κεράσσαι, in eius fragmentis. Demerebor h. l. vitam Anacreontis mei, quam Barnesius descripsit, satis ineptam illam. Habet ille §. 35. p. 67. ex Tzezae Chiliad. IV. c. 131. v. 235. narratiunculam satis ridiculam de cane Anacreontis Teji, quam ipse satis probabilem pronunciat. Sed ridebis, Lector, stultitiam et socordiam viri, cum inspexeris Aeliani H. A. VII. 29. vbi eadem historia iisdem verbis narratur, de cane ἀνδρὸς Κολοφωνίου. Sed ecce in fine addit: εἰπεροῦν καὶ τῷ Τηΐῳ ταῦτα ἀπήντησεν ὅσα καὶ προεῖπον. Tenes originem erroris. Tzezes non attente perlecta historiola, subito eam descripsit, et Τηΐῳ de Anacreonte cepit, quo nil stultius fingi potest. Similis error eiusdem Tzezae, cum in Praefatione ad Lycophronem ἀλκαῖον νεόν ὅς ἦν Ὀυεσπασιάνου καὶ Τίτου, ex male intellecto carmine eiusdem, quod Plutarchus in Flaminio p. 373. exhibet, atque etiam in Anthologia Stephani p. 8. exstat, procudit. Legitur enim ibi v. 2. καὶ Τίτος εὐρείας ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίας. vbi intelligendus est Flaminius; sed Tzezes pessime de Tito, Imperatore, accepit. Sensit hoc etiam Fabricius B. G. Vol. II. p. 565. sed non audet pronunciare pro certo. Equidem noui Tzezem, nec quicquam certius ea re puto. In Anacreontis Oda 10. v. 11. male nuper reieceram Albertii interpretationem vocis παντορέκτης, sed retractaui sententiam meam in bibliotheca philologica Schmidtii; quibus addo haec. Adamantius Physiogn. I. p. 195. de oculis: εἰ δὲ μικρότεροι εἶεν καὶ κοῖλοι, χείρους, ὠμόφρονες ἐπίβουλοι, κρύψινοι, παντορέκται. Idem p. 217. οἱ δὲ ἀσθματίαι, ὁπόσοις καθάπερ ἐκ δρόμου τὸ πνεῦμα ἐλαύνεται

ται, ἄβελοι, κακόθυμοι, παντορέκται, παντοεπεῖς. Idem p. 216. κακορέκτε καὶ μεγαλορέκτε dixit. Ibid. ταχυτὴς δὲ ἐν κινήσει ἅμα μὲν ὀρθότητι καὶ λαμπρότητι εἶδος θερμόβελοι ἐγχειριςὴν, δράςην ἔφηνεν. Moneo Lectorem, me supra p. 16. in carmine Rufini pro Τιμάριον coniecisse male Τιμαρίε, quod mox re diligentius considerata, vidi. Ibi vero omisi annotare, illam allegoriam, a nauibus sumtam, deberi Comicis. Addo haec Aristophanis loca: Eccles. v. 370. ὁ γὰρ ἀνὴρ — σαλαμίνιος γὰρ ἐςὶν — τὴν νύχθ' ὅλην ἤλαυνε μ' ἐν τοῖς ςρώμασιν ctt. Lysistrata v. 60. Idem v. 107. Χαλεπαὶ γ' ἂν ἦςε γενόμεναι πορθμῆς — ἕλκοντε τὲς πλωτῆρας ἂν ἀποκναίετε. Cui simillimus locus Anaxilae in Neottide ap. Athenaeum p. 558. τὸν τε ναύκληρον λαβῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει de Phryne. Aristoph. Eccles. 1083. πῶς ἂν δικωπεῖν ἀμφοτέρας δυνήσομαι. Facetissime Vespis v. 498. κἀμὲ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας ὅτι κελητίσαι, κέλευον, ὀξυθυμεῖσα μοι ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίε καθίςαμαι τυραννίδα. Verbo κελητίζειν ita vtitur Thesmoph. v. 160. ctt. Lysistrat. v. 619. Supra habuimus σανὶς de meretrice, quod a nauium tabulis sumtum; vnde Aristophanes Thesmoph. v. 1135. τῇ σανιδοτρήσας ἐξοπιθοπρώκτισον. Saepe idem Comicus de nauibus loquitur tanquam de virginibus, vt contra supra in epigrammate poëtas de virgine, tanquam de naue loquentes vidimus. Equit. v. 1303. de triremi. καί τιν' εἰπεῖν ἥτις ἀνδρῶν ἄσσον ἐκ ἐλελύθει. Carmen 25. Kloz. v. 4. ἀλλά μ' ἐς ὅρμον δέξαι τὸν ναύτην κύπριδος ἐν πελάγει egregie illustrat Theognis apud Athenaeum p. 560. de mulieribus: ἐδ' ἄγκυραν ἔχεσιν. ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Carmen 126. Asclepiadae edidit summus Reiskius in Notitia p. 198. In Cod. Lipf. ita legitur:

ὅινος ἔρωτος ἔλεγχος. ἐρᾶν ἀρνέμενον ἡμῖν
ἤτησ' ἐν πολλοῖς Νικαγόρην πρόποτις.
Καὶ γὰρ ἐδάκρυσε καὶ ἐνύσταξε * * * κατηφὲσ
ἔβλεπε, Χ' ὢ σφικτεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος.

Reiskius pro ἤτησ' ex coniectura reposuit ἤνεσαν et προπόσεις. V. 3. edidit καὶ νύσταξε (τὸ δ' ὄμμα) κατηφὲς κ. λ. Probarem haec, nisi ope Codicis possent aliter constitui verba. Scilicet Alberti edidit idem Carmen ad Hesychium voce ἤτασεν, ἐβασάνισεν. vbi v. 2. ἤτασαν ἐν πολλαῖς Νικασόρην προπόσεις. vbi bene Guyetus coniecit: αἱ πολλαὶ Νικαγόρην προπόσεις. Hesychius: ἐτάζεσθαι — κρίνεσθαι βασανίζεσθαι, vbi cf. Interpp. V. 3. bene exhibet Alberti ἐδάκρυσεν καὶ ἐνύσταξε καὶ τι κατηφὲς κ. λ -- Χ' ῷ. male tamen χ' ῷ. verum est χ' ὤ. Coniecturam Guyeti praeter Cod. Lipf. firmat etiam Carmen Hedyli Misc. Lipf. IX. p. 460. Forte etiam Hedylus vtriusque carminis autor fuerit. Simile nomen ὀρθαγόρας apud Aristoph. Eccles. v. 911. quod tamen pro ἐστυκὼς dicitur, vt supra habuimus ἀστυάναξ. Supra etiam habuimus σάκας, quod nunc video interpretandum esse de barba pueri. Argumenta haec habeto. Aristoph. Eccles. v. 498. μίσει σάκον πρὸς τοῖν γνάθοιν ἔχουσα i. e. πώγωνα, vt recte Schol. Sic Philosophi apud Athenaeum p. 162. σακκογενειοτρόφοι dicuntur. Olim Epicrates orator ob prolixam barbam dictus facetissime fuit σακεσφόρος, quasi Ajax σακεσφόρος. Vnde profusa lux epigramati. Simile supra αἰτωλὴ Carmine 304. quod Aristophani debetur Equit. v. 78. de Cleone: ὁ πρωκτὸς ἐστὶν ἐν χάοσιν. τὼ χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν. q. l. respe-

xit Reisk. ad h. l. eodem allufit Plutarch. de Curiofitate p. 517. Ecclef. 1013. προκρέςης obfcoene dicitur. Σάκας vero eft a Σάκες, qui funt Thraces, vnde Aceftor poëta tragicus peregrinus Σάκας dictus fuit olim. cf. Bergl. ad Ariftoph. Vefp. v. 1216.

Carm. 94. ἄδηλον edidit Wolf. ad fragm. poëtarum p. 35. Alberti ad Hefych. v. πασάς.

οὐκέτ' ἐρῶ, πεπάλαικα πόθοις τρισὶν, εἷς μὲν ἑταίρης
εἷς δὲ μὲ παρθενικῆς, εἷς δὲ μ' ἔκαυσε νέου.
καὶ κατὰ πᾶν ἤλγηκα. γεγύμνασμαι μὲν ἑταίρης
πείθων τὰς ἐχθρὰς οὐδὲν ἔχοντι θύρας.
Ἔςρωμαι δὲ κόρης ἐπὶ πασάδος αἰὲν ἄυπνος,
ἕν τι ποθεινότατον παιδὶ φίλημα διδούς.
Οἴμοι, πῶς εἴπω πῦρ τὸ τρίτον. ἐκ γὰρ ἐκείνου
ἐλπίδα καὶ κενεὰς ἐλπίδας εἶδα μόνον.

V. 2. Alberti et fched. Thryll. cum Cod. Dresd. omittunt μὲ. V. 4. vitium voci πείθων fubeffe fufpicabatur V.D. in margine fched. Thryll. et pro ἔχοντι margo Cod. Lipf. ἔχων δὲ fubftituit, quod olim probaram, fed nunc fana omnia effe video. Alludit enim poëta ad prouerbium, quod Marcus L. VII. p. 469. habet. ἦ μόλις ἔγνως τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. V. 6. Alberti, fched. Thryll. et Cod. Dresd. bene ἕν τό. quamuis non nefciam bene dici πέντε τινὲς κ. λ. V. 8. peffime librarii ἐλπίδα ex fequentibus fubftituere pro βλέμματα, quod Alberti, fchedae Thryll. et Cod. Dresd. exhibent. Forte etiam pro εἶδα μόνον, quod mihi languere videtur, legendum ἐλπίδας ἐτρεφόμην. vt Carmine 26. Kloz. v. 4. κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμην. Sed nil de hac re affirmo; hoc video, vix dici poffe βλέμματα καὶ ἐλπίδας κενεὰς εἶδα; atque infuper

videtur h. l. imperfectum requiri. Vltimo loco moneo illud Archiae carmen, quod Num. 300. a summo Reiskio p. 124. in Misc. Lipf. editum exstat, vertisse Lucianum subdititium in Amoribus p. 209. ἔγωγ' ἂν ἅπασαν αὐτῶν κενὴν ἀπολελεῖφθαι φαρέτρην νομίζω, κἂν ἐπ' ἄλλον τινὰ πτῆναι θελήσωσι, ἄνοπλος αὐτῶν ἡ δεξιὰ γελασθήσεται. Totus ille liber, cuiuscunque sit, consarcinatus est ab initio ex locis poëtarum, quos indagare editoris diligentis fuerat, sed Reizius hic, vt alibi, nihil praestitit. Priusquam hinc discedam, lubet monere, emendationem illam, qua supra in aliquo carmine pro πυρὶ, πύργος substitui, vbi de veste mulieris dicitur, firmari mirifice ex dicto Demadis apud Athenaeum L. III. p. 99. qui τὸ τεῖχος, ἐσθῆτα τῆς πόλεως dixerat. Vnde apparet Agathiam huius Metaphorae satis antiquos autores habuisse. Forte tamen Pericles ita dixit, nam cetera, quae Demadi tribuit Athenaeus, omnia Pericli tribuit Aristoteles Rhetor. III. c. X. Atque haec quidem sunt, quae in Anthologiam Cephalae edere volebam; plura fortasse olim dabo, si vnquam, quod vix spero, futurnm est, vt totam Cephalae anthologiam edam. Velim haec pauca interim lectoribus eruditis et aequis ita probari, vt semper meminerint *Reiskii*, *Fischeri*, *Loesneri*, quibus omnia mea debeo. Hi enim in tanta mea librorum bonorum inopia, suis me copiis instruxere, atque vbique consilio et re adiuuere; quibus pro tanta beneuolentia nil hoc meo tempore, nisi animum omnem nexui quasi tradere possum.

ADDEN-

ADDENDA.

Carmen 282. Diſtinguit etiam clare haec duo carmina Cod. Palatinus, cuius apographum in vſus meos, pro ſumma humanitate ſua, et ſingulari in litteras elegantiores amore, conceſſit Vir ampliſſimus, STIGLITIVS, cui pro ſumma beneuolentia gratias maximas publice habendas agendasque exiſtimo. In illo igitur Codice legitur cum hoc elogio: Γαιτȣλλίȣ εἰς ἑταίραν τινὰ ἐρωτικόν. In carmine ipſo v. 1. legit ἀγχὶ ἁλός. male. σοὶ τόδε vel τάδε πέμπω. V. 4. κόλπον ἐτειδοθεής, vbi V. D. in margine monuit altero loco (nam bis legi monet in eodem Codice) legi, εἰς εἰδοθέης. recte. V. 6. κύπρις ἠϊόνων. male. Tum aliquot carminibus interiectis legitur: Ρȣφίνȣ ἐρωτικὸν προκρίνον τὰς δȣ́λας τῶν ἐλευθέρων. V. 1. omittit male Cod. Palat. τῶν, v. 3. ἀπόδωσε. V. 4. κινδύνȣ -- ἄνοδος vel σύνεδος, quod vltimum ſupra ſcriptum eſt. V. 6. δῶρεις ἐκ σπατάλεις. Cod. Dresdenſ. v. 2. σπατάλεις κλέμμασι V. D. in margine: ἴσως σπατάλης, quod non neceſſe. V. 3. ἀπόδωσε, quod corrigitur in margine. V. 6. ἐν σπατάλεις. margo ἐκ σπατάλης. male. Dixi in notis de hac re ſatis.

Ad Carmen 285. Dedi aliud Rufini ſimillimum ex edita Anthologia, cui h. l. adiiciam varias lectiones ex Codice Palatino ſumtas, eas quidem, quas ſuo Anthologiae exemplari adſcripſerat Gruterus. Debeo eas ſummae Reiskii benignitati. Ibi v. 2. legitur pro κάλλος ἀρειότερον, κρείσσονα μηριόνην. V. 4. pro μȣ́νω editio Florentina habet οἴω atque ita etiam

 Juntina.

Juntina. Sed Palat. Cod. γυμνοὶ. Sed ecce! Apographum Palatini illud, quod amplissimo *Stiglitio* debeo, carmen hoc exhibet auctius ita:

Ἤρισαν ἀλλήλαις Ῥοδόπη, Μελίτη, Ῥοδόκλεια
Τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κρείσσονα Μηριόνην.
Καὶ μὲ κριτὴν εἵλοντο, καὶ ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι
ἔστησαν γυμναὶ νέκταρι λειπόμεναι.
καὶ Ῥοδόπης μὲν ἔλαμπε μέσος μηρῶν πολύτιμος
οἷα ῥοδὼν πολιῷ σχιζόμενος ζεφύρῳ.
Τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἴσος ὑγρομέτωπος
οἷα καὶ ἐν νηῷ πρωτογλυφὲς ξόανον.
Τόνδ' ὑπερσιδαίνοντα, κατέσκεπε πεπταμένη χεὶρ
οὐχ ὅλον εὐρώταν, ἀλλ' ὅσον ἠδύνατο.
ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε Πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδὼς,
Τὰς τρεῖς ἀθανάτους εὐθὺς συνεστεφάνουν.

Insignis haec est accessio! Nec tamen ita omnia sana seu perfecta puto. Deest enim in vltimis mentio Melites. Singula videamus. κρείσσονα μηριόνην, quod Cod. Palat. dat, tanquam obscoenum resecuit Planudes cum sequentibus, et castius suppofuit κάλλος ἀρειότερον, quod ineptum est. Notare videtur h. l. μηριόνης, quod medium inter μηροὺς feminarum, ducta notione per allusionem a Merione rege Cretum, notissimo ex Homero; vnde poëtae epigramatographi suas nequitias saepe hausere. Inde lux Carmini 235. vbi vltimo versu summus Reiskius hanc notam asperserat. Forte νῦν δ' ἄγ' ἐπανῶμεν καὶ διαμηριόνην, vna voce, vt alludat ad τὸ διαμηριάζεσθαι. Tenemus inde fontem allusionis. Scilicet διαμηριάζεσθαι obscoeno sensu dicitur. Eadem allusio diu me exer-

cuit in Carmine 224. Antipatri, quod a nomine adhuc editum inueni. Miſere foedatum et laceratum in lucem protrudam et apud eruditos, quaſi in Aeſculapii templo deponam:

'Ευπάλαμος ξανθὸν μὲν ἐρεύθεται ἴσον ἔρωτι
Μέσφ' ἐπὶ τόν κρητῶν πείμενα Μηρόνην.
'Εκ δὲ νυ Μηριόνεω Ποδαλείριον, ὀκέτ' ἐς κῶ
νεῖται. ἴδ' ὡς φθονερὴ παγγένετειρα φύσις.
'Ει γὰρ τῷ τὰτ' ἔνερθε, τὰτ' ὑψόθι ἶσα πέλοιτο
Ἦν ἀν 'Αχίλλης φέρτερος 'Αιακίδεω.

Nondum, fateor, extricaui totum hoc carmen. Facile tamen ſentio, quid voluerit ſignificare homo nequam. Diſtichon 5. in ſuperiori Rufini carmine, occurrit etiam Carmine 301. eiusdem poetae; vnde videtur in hunc locum tranſlatum fuiſſe. Certe melius illi loco conuenit, quam noſtro, niſi velimus de μηρίονη Melites intelligere. Huius enim mentio deſideratur ad integritatem ſenſus. Equidem de nugis his poetarum ſentio cum illis, qui apud Plutarch. Amator. p. 751. καταγελῶσιν αὐτῶν, εἰ καθάπερ θύται καὶ μάντεις εἰς τὰ μηρία καὶ τὴν ὀσφὺν ἀποβλέπειν τὰς ἐραστὰς κελεύουσιν.

Sequitur Carmen 291. Philodemi, in cuius v. 1. Codex ille Palatinus, quem ſupra ſecundo loco nominaui, habet ναὶ σὺ χαῖρε. male. V. 4. habet ἔυγε πόσου παρέσῃ. vnde Valquenarii emendatio firmatur. Sed totus verſus ita iam erit legendus:

Δειπνεῖν. Κ. εἰ σὺ θέλεις. Φ. ἔυγε. πόσου παρέσῃ.

εἶτα vulgatum, quod ſummus Reiskius ex Cod. Lipſ. ἐυτ' effecit, languidum videtur ad noſtrum ἔυγε. Senſum carminis ſatis explicuit Reiskius.

Carmen 294. legitur quidem in Cod. Palat. vbi δύο μὲν est, sed nihil vulgato auctius. Nondum tamen mihi persuadere potui, esse integrum; sed persto in ea sententia, quam dedi in notis.

Carmine 299. v. 2. male Cod. Palat. cum Lipsiensi ἔχεις habent, quod recte in ἔχει mutauit Reiskius. Carmen 300. v. 1. duplicem habet Cod. Palat. scripturam: κρήγυον et κήρινον. versu 4. male ἔχεις. Carmen 302. quod in hoc specimine laudaui alibi, exhibet idem Codex vulgato nulla in re correctius, nisi quod disticho vltimo (quod non videtur pertinere ad hoc epigrama) habet ἦλθον. De quo cogitandum erit.

Carmen 303. exstat in Codice Palatino iisdem verbis, et vitiis scripturae. Mirabile mihi illud h. l. accidit, quod non inuenerim ibi adiunctum distichon illud, quod praeclare restituit h. l. apographum Thryllitii. Vix ergo fluxit illud apographum e Codice Palatino. Sed vnde? Nescio.

Carmen 306. Cod. Palat. simpliciter inscribit Rufino, cuius ingenio illud dignius est, quam Palladae, omnium ineptissimi poetae. Reiskii nostri, viri summi, de carminis huius autore sententiam vide Notitia p. 256. quam tamen vt probem, non possum a me impetrare. Plura olim de ea re in Catalogo poëtarum Epigramatographorum. Nemo vero hoc intelliget, nisi qui rescíuerit, facetiam omnem esse sumtam ex Aristoph. Lysistrata v. 554. V. 3. male Λυσιμάχην. Contra Carmen sequens 307. recte in Lipsiensi Palladae tribuitur, male Rufino (τῦ ἀυτῦ) in Palatino. V. 1. schedae Thryllitii pro τρυφῆς hacent τρυφή. male v. 4. recte eaedem cum Cod. Palat. ὀυδένι δῆλον. Carmen 308. Cod. Palat. Rufino tribuit

tribuit (τῦ αὐτῦ) Cod. Lipſ. ἄλλο inſcribit, quod recte cepit Reiskius. Obiter reſtituam carmen Meleagri, quod primum legitur L. VII. p. 448.

Ἡδὺ μέλος, νὴ Πᾶνα τὸν ἀρκαδα, πηκτίδι μέλπεις
Ζηνοφίλα, λίγει' ἀδὺ κρέκεις τί μέλος
Ποῖ σὲ φύγω, πάντη με περιςείχυσιν ἔρωτες,
ὐδ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.
Ἡ γὰρ μοι μορφὴ βάλλει. πόθεν; ἢ πάλι μῦσα
ἢ χάρις, ἢ τί λέγω; πάντα πυρὶ φλέγομαι.

Ita legitur in Stephani et veteribus editionibus hoc carmen. Sed recte vidit ſummus Reiskius initio legendum ἀδὺ, nam ita v. 2. ſequitur ἀδὺ. Pro λίγει monet Gruterus in Palatino eſſe λιαν. vnde quid efficiam neſcio, niſi ſit pro λίαν, quod equidem probo. Legendum ergo Ζηνοφίλα, λίαν ἀδὺ κ. λ. V. 5. idem Codex recte ἁ γὰρ κ. λ. Sed πόθεν corruptum videtur, pro quo lego πόθον, et v. 6. cum Reiskio poſt πάντα interpungo, i. e. πάντα βάλλει πόθον. In Carmine 330. τὸ πόθοισι βεβλήμενον ἡδὺ πρόσωπον, quamuis paullo diuerſum ſit. Sed monendum pertinere ad hoc carmen, quod ſequitur eiusdem Meleagri, quod male in vulgatis editionibus diuulſum, recte princeps Florentina editio iungit:

νὴ τὸν ἔρωτα, θέλω τὸ παρ' ὕασιν Ἡλιοδώρας
φθέγμα κλύειν ἢ τᾶς Λητοΐδεω κιθάρας.

Habet Diſtichon hoc etiam Apographum Stiglitianum, ſed male pro Λητοΐδεω, λατρίδεο. Pro νὴ, ναὶ. Primo verſu teſtatur Poëta Panem, muſicae paſtoralis praeſidem; diſticho vltimo Amorem; bene. quod poëta ſignificare vult, ſe cantu Zenophilae captum et amoris laqueis implicitum fuiſſe. Eiusdem opecodicis

dicis restituenda Rufino vera lectio Carmine 2552. L. VII. p. 474. vbi disticho primo legendum:

Πέμπω σοὶ Ροδόκλεια τόδε στέφος ἄνθεσι καλοῖς
αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις πλεξάμενος παλάμαις

vulgo male pro καλοῖς πλέξας, pro πλεξάμενος, δρεψάμενος.

Carmine 345. v. 12. Piersonus cum Heringa iussit pro κοινὴ rescribi κλίνη. recte. Nunc tenemus originem corruptelae. In Palatino enim est καινή. Quid inter KAINH et KΛINH intersit, norunt qui codices tractarunt. In eodem apographo legitur tale carmen:

Λαῒδ' ἔχω πολιῆτιν ἀλιζώνοιο Κορίνθου
Πειρήνης λευκῶν φαιδροτέρην λιβάδων.
Ἅς νέον ἥβης ἄνθος ἀπεδρέψαντες ἑρασαὶ
Πρωτοβόλον δισσῆς ἤλθετε πυρκαΐῆς.

Verba primi distichi leguntur in edita Anthologia p. 225. vbi distichon secundum constituunt carminis Antipatri Sidonii in Laida. Secundum distichon legitur p. 232. in carmine Asclepiadae in Archeanassam, ita:

ἣν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἐρασαὶ
Πρωτοβόλοι δὶ ἔσης ἤλθετε πυρκαΐῆς.

Corrupte ex parte. Gruterus ad exemplar suum monet Cod. Palat. p. 233. post lin. 5. edit. Steph. haec addere:

Λαῒδ' ἄχω πολιῆτιν ἀλιζώνοιο Κορίνθου
Πειρήνης λευκῶν λευκοτέρην λίβαδος.
Ἅς νέον ἄνθος ἥσης ἀποδρέψαντες ἐρασαὶ
Πρωτοβόλου δισσῆς ἤλθετε πυρκαΐῆς.

Idem

Idem varias lectiones has adiecit: v. 2. φαιδροτέρην λιβάδων. v. 3. ἤσας. v. 4. πρωτοπλόε. quae vnde sumtae sint nescio. Hoc apparet, misere laceratam exstare etiam in Cod. Palat. Anthologiam. Neque ego puto certi aliquid h. l. definiri posse, quo pertineant proprii versus isti. De permutatione verborum πρωτοβόλος et πρωτοπλόος. cf. Dorville ad Charit. p. 257. Video nunc carmen illud exstare apud Athenaeum p. 589. cum insigni varietate, cum lectionis tum nominis. Tribuitur enim ibi Platoni, in edita Asclepiadae. Vltimo loco proferam ex codice Stiglitiano, quae coronam vitamque Meleagri, illustrare possint. Dixi quaedam ad Carmen XII. Klozianorum de aetate Meleagri, suspicatusque sum mortuum eum fuisse in insula Co; quod firmat Scholiastes ineditus Coronae Meleagri: vbi haec: ὅτι ὁ Μελέαγρος γαδάρηνος ἦν, τὸ γένος Σύρος. ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ νήσῳ et in alio Scholio: ἤκμασεν ἐπὶ σελεύκε τε ἐσχάτε. Quod notandum de Seleuco vltimo seu sexto. Priorem locum ex Barberiniano exemplo iam protulit Holstenius, et ex eo Fabricius B. G. Addo pauca. Meleagri cuiusdam τὰ ἔπη ποιήσαντος Κύπρια meminit Pausanias p. 284. Quod summus Reiskius in Notitia p. 233. Meleagro tribuit συμπόσιον, in eo aduersum sibi habet Athenaeum p. 502. c. qui clare hoc Meleagro Cynico tribuit, quem distinguit a Gadarensi. Vnde error Fabricii natus est, qui Gadarensem nostrum B. G. V. II. p. 364. Diogenis Cynici discipulum facit. Sed de ea re plura alias. Meleager in Corona v. 31. haec:

ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶνος Ἀμώμητοιο σέλινα.

vbi Reiskius dubitabundus monet fuisse Amometum poëtam. Recte. Sine dubio est ille, cuius memini Aristoteles subdititius de fonte quodam Isidis in Arabia, περὶ θαυμασ. ἀκȣσμ. p. 125. 6. Eiusdem meminit Amometi de crocodilis Libycis Aelianus H. A. 17. c. 6. Antigonus Carystius c. 164. de deo: ὁ πραγματευθεὶς τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλȣν, vbi itidem de Isidis fonte refert. Scripserat sine dubio Amometus ille et carmina, et περίπλȣς more vetustissimorum poëtarum, qui vere πολυμαθεῖς et γραμματικοὶ videri vellent. Ita ergo ex Meleagro de aetate Amometi constat. In Philippi Praefatione quam e Martinio et Fabricio repetiit Reiskius in Notitia p. 267. v. 12. pro κύλικας ex Cod. Palat. lege κάλυκας, quod firmat πρωτοφύτȣς additum. Eadem varietas in Carm. IX. Kloz. v. 4. vbi cum Codice Lipsiensi facit etiam Dresdensis. v. 12. καὶ Διόδωρος ἔφυ lege e Cod. Palat. pro ἔφυ, ἴον. Patet inde, qua fide Martinius lectiones Codicis Palatini exhibuerit. Sed manum de tabula.

Ad Carmina Kloziana nunc varietates lectionum enotabo, petitas illas ex Apographo Codicis Dresdensis, quod mihi concessit in vsum meum Vir illustris, *Stiglitius*. Sed monendum fere vbique, atque etiam in numero carminum, conspirare eum codicem cum schedis Thryllitii. Dicitur in inscriptione sumtus esse ex eclogis Anthologiae If. Vossii. Notae etiam et emendationes adscriptae in eodem Dresdensi Codice reperiuntur. Sequar, lectoris cum venia, ordinem eum, quem in codice inueni.

Carminis 179. v. 3. habet ȣ ψαφαρίτης. bene. v. 4. cum Musgravio σαρκὶ λιπαινομένη.

Carmi-

Carminis 181. εἰ ζεὺς ἐκ γαίης κ. λ. v. 3. recte Cod. Dresd. αἰετὸς in reliquis conuenit ei cum schedis Thryllitii.

Carm. 184. καιρὸν γνῶθι κ. λ. male iungit Codex Dresdens. cum Carmine 183. ὀφθαλμὸς σπινθῆρας ἔχεις. In reliquis consentit cum schedis Thryllitii.

Carminis XI. Klozianorum v. 1. Codex Dresdensis habet μελίχρον atque in margine. ἴσως μελίχρου.

Carm. XII. v. 3. Cod. Dresd. πάνση in margine γραφ. παύση. idem memini in schedis Thryllitii esse. Idem v. 4. ἀκειροτάτε. male. Bene Herellius in Animaduers. Criticis Miscellis, Erfordi forma disputationis editis, quas nunc demum nactus sum, corrigit ἀκηρεστάτε. Addit locum Philostrati ex Epistola 36. p. 939. vbi ἀκηράτε χρωτὸς de puella dicitur. At enimvero ἄκηρος et ἀκήρατος differunt. Addam ego, quae, nescio quo casu, excidit, notam, quam h. l. ascripseram: ἄκηρος dicitur, vt ἐπίκηρος et ὑπόκηρος apud Hippocratem περὶ ἱερᾶς νόσε p. 123. 22. Saepe tamen lubido corrigendi vocem ἄκηρος libris veterum expulit. Ita in epigrammate apud Steph. Byz. voce Φασηλὶς pro vulgato. ὀκτὼ ἀγηράτες ἀμφεθέμην σεφάνες: Salmasius reponebat ἀκηρύκτες, Rhunquenius vero ad Timaeum p. 12. ἀγηράντες malebat. Forte legendum ἀκηρεστάτες. In Epigramate Antipatri Antholog. III. p. 388.

Μεσῶν φέγγος ὅμηρον, ἀκήρατον σόμα κόσμε.

Rhunquenius l. c. ex vestigiis Cod. Palat. qui ἀγήρατον habet, legit ἀγήραντον. At ego naturae verbi

σόμα

ςόμα conuenientius et facilius reponi posse putem ἀκηρότατον. Forma verbi ἄκηρος firmatur ex more graecorum, qui ἄπειρος et ἀπείρατος, multaque alia ad hanc normam concluserunt. Thomas p. 87. formam ἀπείρατος praefert. Nullum h. l. est dubium, cum van Goens et Gronouius ἀκηροτάτῳ habeant. Monendum, Meleagri ἔννοιαν non placere, nisi sit, vt Heliodora illa alio nomine μέλισσα diceretur. Notum enim vel ex Iuuenali, meretrices, cum in castra veneris transirent, nomina mutasse. Fuerit ergo μέλισσα meretricium, ἡλιόδωρα verum nomen. Sicenim Sinopem meretricem Abydum, Stagonium et Anthidem, Aphyas, Oeam, Naidem, Niconem, capram, quae et plura, quae huc pertinent vide ap. Athen. L. XIII. p. 587. Idem L. IV. p. 157. Νικίου κυνόμυιαν memorat. Φαντασιὰν autem ipsam veteribus poëtis debet Meleager. Ita enim Pindarus apud Athenaeum XIII. p. 601. ἔγωγ᾽ ἕκατι τᾶς κηρὸς ὣς δαχθεὶς μελικρὰν μέλισσαν τήκομαι εὖτ᾽ ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον εἰς ἥβαν.

Carm. XVI. Kloz. v. 1. Cod. Dresd. ὅλος ἁπαλὸς. quod defendi potest. Nam sequenti spiritu aspero vltima ος fit longa, vt notum viris doctis. In eodem Codice v. 2. est πρὸς, vt in schedis Thryllitii.

Carm. XVII. v. 2. Cod. Dresd. αἰθεῖσαι. male. Reliqua ei cum schedis Thryllitii communia. v. 6. corrigebat Herellius l. c. p. 29. μηδὲ λόγων μεταδοὺς. Praestat MS. fidem sequi.

Carm. XX. v. 1. quod in schedis Thryllitii exstare monui, ὁ γαι, est etiam in Codice Dresd. cuius margo: ἴσως ἐσθ᾽ ὁ πάλαι quae emendatio mihi vnice placet, quisquis etiam autor eius sit. Cetera conueniunt cum Thryllit. schedis.

Carm.

Carm. 21. v. 4. βάλλειν ζήλοις dicitur, vt βάλλειν ψόγῳ. Ariſtoph. Theſm. v. 902. vbi Bergler. ex Sophoclis Aiace 1264. κακοῖς βάλλειν.

Carm. XXII. v. 3. male habet ἀπὸ χθόνα. v. 4. margo exhibet hanc notam: ἴσως κάλπιν ἔπι γρ. ſed non neceſſe eſt.

Carm. 23. v. 1. Cod. Dresd. ἁ Κύπρις (ἅ) θήλεια. quod recipi poteſt. V. 4. ἐρᾷν. margo. γραφεται ἐρεῖν. νικᾷ δὲ (τὸ) θρασὺ κ. λ. male.

Carminis 26. v. 5. Poteſt erroris ſocius dari Codex Dresdenſis, qui ποδὸς exhibet. Cetera, vt dixi ſupra, conſentit cum ſchedis Thryll. Ad defendendam quorundam v. 2. lectionem vnice facit Epigrama Antholog. L. 3. p. 287.

οἰκτρότατον μάτηρ σε Χαρίξενε δῶρον ἐς ἅδαν
ὀκτωκαιδεκέτην ἔστολισε χλαμύδι.

Carminis 27. verſu 1. εἶδεν. v. 7. ἐτέρυς. male vtrumque.

Carm. 29. v. 4. recte Cod. Dresd. etiam addit μὰ, ante σὸν; atque ita emendabat Herellius l. c.

Carm. 30. v. 1. coniicit V. D. in margine pro μὲν, μετὰ vel κατὰ. Scilicet in Codice poſt πνεῦμα punctum non eſt, quod recte addit Cod. Lipſ. vnde apparet vanam eſſe hanc emendationem.

Carm. 31. v. 1. pro χλαμύδ' emendabat Herellius l. c. χλανίδ'; quomodo, inquit, ſagum adoleſcentulo delicato et formoſo ita conueniat, vt Amor eo amictus, Antiochi perſonam ſimulare poſſit? Multa in hac oratione carpere poſſem; ſed parcam homini. Satis loquuntur loca ea, quae attuli de vſu chlamydis. Quid? quod diſerte Sappho apud Pollucem L. X. chlamydatum fecit Cupidinem. ctt. Vir-

H gilius

gilius Aeneid. I. 715. Catull. 655. 133. vide etiam, quae ad Carm. 26. v. 2. dixi. Non praetereundum hoc loco videtur, quod in Luciani Timone p. 18. ed. Ald. ἀντὶ μαλακῆς χλαμύδος legitur in codice Auguſtano χλανίδος. non male. Ita enim Menander ἐν ὀργῇ apud Clericum p. 136.

— οὐδὲ χλανίδ' εἶχον. ἀλλὰ νῦν.
οὐδὲ μύρον εἶχον. ἀλλὰ νῦν κ. λ.

apud eundem Lucianum Amoribus p. 220. ed. Ald. de Socrate. ὑπὸ μίαν ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλανίδα κλιθεὶς male legitur, quod p. 118. recte χλαμύδι. V. 3. eadem in margine Codicis Dresd. emendatio, quae in ſchedis Thryll. exſtat; addit ſcilicet V. D. poſt ναὶ, μὰ, quod probo. v. 2. male. τόξα δὲ.

Carm. 39. v. 5. Cod. Dresd. ἐπιγάγαθε male. Ita in epigramate L. I. p. 118. θεῖε Πλάτων ἤθη καὶ βίον ἠυγάσαο. vbi in margine Codicis Fabriciani ſcriptum: γράφεται ἠγάσαο. Contra p. 102. l. vlt. ὁ τλάμων ἥλιος ἠγασάμην, idem Codex male ἠυγασάμην exhibet. Et ſic pluribus locis variatur. Sequitur in codice carmen, quod incipit οὐκ ἐθ' οὗτος ἔρως κ λ. Legitur illud in edita Stephani p. 475. vno diſticho auctius. Ibi etiam Rufino inſcribitur, in codice noſtro Marco Argentario. V. 1. legitur in codice ἔχουσας, editum ἔχουσαν. V. 3. παρενήμενος ἰοῖς, editur πεφορήμενος εἴσρῳ. Sed bene ſuccurrit collatio Codicis Palatini, in quo carmen hoc ſimiliter Argentario tribuitur, et pro ὄσρῳ, ἰοῖς. Multorum errorum foecunda mater odioſum illud τοῦ αὐτοῦ, quod etiam h. l. peperit falſam inſcriptionem. Quod ſequitur in vulgata carmen cum elogio τοῦ αὐτοῦ Cod. Palat. Rufino inſcribit. Aliud in Codice Dresd. ſequeba-

sequebatur carmen, quod exstat in edita p. 468. sub Philodemi nomine. At Cod. Dresd. inscribit Argentario. Malim tamen ego Philodemo tribuere, cuius ingenio praeclaro, quam Marci, dignius. Vult tamen nomen Menophilae, cuius Argentarius etiam Carm. 315. Anthol. Ceph. meminit, aliud mihi persuadere. V. 4. editur νῦν τοι. lege, vt est in Codice Dresdens. νῦν σοῦ.

Carm. 42. v. 4. ἀψαμένους. Margo Cod. Dresd. γράφεται ἀψάμενος. quae lectio priori longe praeferenda est. Simillimus est Plutarchi locus in Amatorio p. 752. Δαφναῖον ὁρῶ ταυτὸν πάσχοντα τῷ χαλκῷ. καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐχ' οὕτως ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὡς ὑπὸ τοῦ πεπυρωμένου χαλκοῦ καὶ ῥέοντος, ἂν ἐπιχέῃ τις, ἀνατήκεται καὶ ῥεῖ συνεξυγραινόμενος. καὶ τοῦτον οὐκ ἐνοχλεῖ τὸ Λυσσάνδρας κάλλος, ἀλλὰ συνδιακεκαυμένῳ καὶ γέμοντι πυρὸς διὰ πολὺν χρόνον ὁ πλησιάζων καὶ ἁπτόμενος ἀναπίμπλαται. καὶ δῆλος ἐστὶ, εἰ μὴ ταχὺ φύγοι πρὸς ἡμᾶς, συντακησόμενος.

Carmine 380. v. 1. legitur τέη κύπρις pro quo V. D. in margine coniicit νέη κύπρις. sed lectio Cod. Lips. praestat. Cetera cum Thryll. sched. consentiunt.

Carmine 381. v. 2. habet διεργομένης. in margine corrigitur διεγρομένης. Alibi e Gregorio simile sustuli vitium. v. 4. ὠχρὸς ἔχει λευκὸς. recte itidem margo λευκὸν corrigit.

Carm. 382. v. 8. Cod. Dresd. ὄυψεα. male. v. 10. θρὶξ ἀναθηλήσει. male. Cetera consentiunt.

Carm. 386. v. vltimo: ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι. Ita εὐλέκτρου κύπριδος ἐργάτιδες disticho inedito, quod iungit Cod. Palat. carmini Macedonii L. VII. p. 461. κιχλίζεις κ. λ. vbi in fine addit:

αὐτὰρ

αὐτὰρ ἔγωγ᾽ ἑτέρην ὁδὸν ἔρχομαι· εἰσὶ γὰρ ἄλλαι
Κρείσσονες ἐυλέκτρου κύπριδος ἐργατίδες.

Quae insignis accessio bene sensum perficit. Sequitur in Codice illud carmen, quod in Antholog. Steph. p. 484. ἄδηλον legitur. Γιγνώσκω χαρίεσσα κ. λ. Codex Dresdensis Philodemo ascribit, cui video etiam consentire Palatinum.

Carm. 160. Musae Stratonis v. 2. Cod. Dresd. οὐκ ἔλεγας, λέγε, με. corrupte. Sequebatur in Codice Dresdensi epigrama: Νικαινέτου ἐπὶ ἐξαμέτρῳ τρίμετρον. quod exstat in vulgata L. I. p. 83. Codex v. 1. ita exhibet:

οἶνος τοὶ χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ.

Editur μέγας πέλει ἵππος. deterius. V. 2. οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν. editur καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. V. 3. καὶ ἔπινεν οὐχ' ἑνὸς ἀλκοῦ. editur καὶ ἔπνεεν οὐχ' ἑνὸς ἀσκοῦ. V. 4. παντὸς ὠδώδει πίθου. Codex Fabricii ὠδωδὼς πόθου. editur ὄδωδεν, editio Flor. ὠδωδώς. V. 6. εἶχε δὲ κισσῷ μέτωπον ὥσπερ καὶ σὺ κεκρυκωμενον. Heusingerus ad Plutarch. p. 55. legit κεκριχωμένον, sed nec hoc satisfacit. Lego πεπυκωμένον, hedera vestitum. Ita L. VI. p. 430.

μῆλον θ' ἡδύπνουν λεπτῇ πεπυκώμενον ἄχνῃ.

quem locum Suidas voce ἄχνη laudat. Nunc video ante Heusingerum idem voluisse Casaubon. ad Athenaeum p. 82. Sed carmen in edita ascribitur Νικηράτῳ, cuius nomen ignotum mihi inter epigrammatarios poëtas. Nicaenetum vero inter poëtas suos enumerat Meleager praefat. Coronae v. 29. cuius loci autoritate Smyrnaeum patria fecit in Notitia summus Reiskius noster. Vnde monet eum, cuius carmen

Athe-

Athenaeus p. 672. profert, in quo autor se Samium profiteatur, aut diuersum ab hoc esse, aut nostrum Smyrna Samum emigrasse, ibique sedes fixisse. Sed liceat mihi a viro venerando dissentire. Primum certum sit Samium esse, ex Athenaei loco, vbi Iunonem poëta: δέσποτιν νήσȣ ἡμετέρης vocat; vltro etiam Democritus, qui apud Athenaeum de antiquitatibus Samiis disputat, Nicaenetum ἐπιχώριον ποιητὴν vocat. Locus Meleagri est v. 29.

Σμυρναίȣς τε κλάδȣς Νικαινέτȣ, ἠδὲ Φαέννȣ
τέρμινθον, βρωτὴν τ' ἀχράδα Σιμμίεω.

Martinus monet membranas (de Palatinis intellige) habere μυρριναίȣς earumque contra fidem Salmasium συρναίȣτε κλάδον edidisse. Exemplum Fabricii habet σμυρναίȣ. De Salmasio, nescio quid in mentem Martino venerit dicere, contra fidem codicis eum edidisse συρναίȣ κλάδον. vtinam locum indicasset! Quin in Exercit. p. 367. a. ἀμυρναίȣς h. l. pro σμυρναίȣς in MS. legi monet p. 607. b. vero libros μυριναίȣς habere affirmat; ipse σμυρναίȣς edidit. Nescio quid ergo sibi velit Martinus. Deinde in Palatino est μυρριναίȣς τε, non quod Martinus voluit; saepius etiam socordiam et mendacia hominis cognoui et abhorrui. Quicquid sit, hoc velim mihi certum concedi, nunquam Meleagrum in poëta vllo patriae mentionem facere; contra vbique herbam vel arborem, vel florem in comparationem afferre. In quo vtroque peccatur, si σμυρναίȣς κλάδȣς h. l. accipiatur pro foliis Nicaeneti Smyrnaei. Certissimum puto verti debere folia myrrhae Nicaeneti, vel satiuae illius, vel sylvestris. Atque de herba intellexit etiam Salmasius loco priori, licet posteriori loco

 potius

potius de insula cepisse videri possit. Denique nescire se fatetur Reiskius, vir summus, quo autore Fabricius T. II. B. G. p. 721. eum Abderitam faciat. Sine dubio Fabricius habuit Athenaeum autorem, in quo XIII. p. 590. κατὰ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου. Nicaeneti meminit etiam Parthenius Erotic. c. IV. et c. I. Λύρκῳ. Nicaeneto alicui scribit Phalaris Epist. CV. Indicium aetatis hoc addo, quod ante Philarchum historicum vixerit, vt clare ex priore Athenaei loco apparet. Stephanus Byzantinus voce ἄβδηρα, Nicaenetum ἐποποιὸν dicit, eumque Abderis oriundum facit. Est ergo Nicaenetus hic Samius, nec vlla re, mea ope, nunc differt ab Athenaei Nicaeneto. Plura de eo, eiusque scriptis reperire hoc tempore non potui. Hoc unum addo exstare superius illud Carmen etiam apud Athenaeum, L. II. c. 3. vt ἄδηλον. vbi Casaubonus notat in MS. ascribi Demetrio Halicarnassensi. male. cf. Brodaeus ad Anthol. p. 122.

Carm. XII. in Carmine Meleagri, quod e vulgata Anthologia prodidi, lege v. 3. pro δύσπιστον ex Codice Palat. δύσοιστον; vocem δύσοιστος habet Plutarch. de πολυφιλίᾳ p. 96. V. 5. pro τοῦτ' ἦν idem Codex praeclare restituit ἅπας, quod sequentia firmant. Indicio nominis Heliodorae, amicae Melegri, plures inscriptiones, quae male alienis adhaesere, reuelli possunt. Ita L. 7. p. 452. quod Posidippo tribuitur, est reuera Meleagri, vt ex nomine amicae appareat, atque ita Codex Palatinus. Versu 5. huius carminis recte idem codex κτείναις, vulgo κτείνης. Versu 4. pro πτηνὰ πτανά. quod non spernendum. Insigne mutilationis Planudeae exemplum dabo, Exstat in Musa Stratonis Carmen 51.

Ascle-

Asclepiadae, quod edidit ad Tyrtaeum p. 3. Illustr. Klozius:

οὐκ εἰμ' οὐδ' ἐτέων δύο κ' εἴκοσι καὶ κοπιῶ ζῶν.
ὤρωτες τὶ κακὸν τοῦτο; τί μὲ φλέγετε;
ἢν γὰρ ἐγὼ τὶ πάθω, τί ποιήσετε; δῆλον, ἔρωτες,
ὡς τὸ πάρος, παίσεσθ', ἄφρονες, ἀστραγάλοις.

Vbi vnde intelligas illud ὡς τὸ πάρος? Nil tale praecesserat. Sed attende. Sequitur in Musa carmen 52. quod Meleagro ascribitur, in edita vero p. 484. cum elogio ἄλλο exstat:

Ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισιν ὁ νήπιος ὀρθρινὰ παίζων
ἀστραγάλοις, τοὐμὸν πνεῦμ' ἐκύβευσεν ἔρως.

Sensum imperfectum habent haec, qui plenissimus et praeclarus erit, si praeponatur hoc distichon superiori carmini. Tum illud ὡς τό πάρος, quo referatur, habet. Dices, at enim in priori ἔρωτες plures sunt, hic vnus. Sed qui nouerit ea in re poëtarum inconstantiam, quam saepe poscit etiam animi vehementer commoti affectio, nil hoc mouebitur. Mihi adeo mirifice h. l. tale ἦθος placet. Videbitur, si forte, quibusdam obstare huic transpositioni Dorismus in verbo ματρὸς, Meleagro vsitatus. Sed in eius vsu fuit ille inconstans valde, eamque vbique cum vulgata permiscuit. Forte librarii voluere ita quodammodo inscripto Meleagri nomini gratificari. Certe in edita Anthologia omnia in Dialectis a librariis permixta fuere. Ope Codicis Palatini restituendum Carmen Antholog. 6. p. 427. l. 26.

ἄρτι καταβρύχοντα τὸν * * * *

Monuit Gruterus in Palat. suppleri versum: τὸν εὐθηλήμονα μόσχον. quod verum. Ecce enim Suidas

 voce

voce *βρύκοντα* versum hunc habet:

> ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον

vnde restitue *καταβρύκοντα*. Kusterus, nec alius quispiam hoc vidit. Idem Suidas voce *ἀχθεινὸς*, *ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν*, quae sunt verba ex versu 6. eiusdem carminis, vbi vulgo *εἶχε*; sed editio Florentina etiam *εἶδε*. Kusterus sedem illius fragmenti ignorabat. Ita 3. p. 202. l. 2. *ὀξὺν ἐπιβρύχεσ' ὅια λάκαινα γυνὴ*, lege e Suida l. c. et editione Florentina *ἐπιβρύχεσ'*. L. 3. p. 224. exstat Carmen 1200. apud Simeonem Logothetam p. 359 ed. Venet. non multa lectionum discrepantia. Versu 7. legitur:

> βοίδιον δ' ἥκεον ἐγώ ποτε. νῦν δὲ χάρητος
> εὐνέτις.

Suidas voce *βοίδιον* habet: *βοίδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγὼ*, quod Kusterus emendat. Sed Codex Palatinus clare etiam habet *δὲ καλεῦμαν*, quae lectio non erit nouo editori spernenda. Carmine Leonidae p. 447. pro *θῆρις ὁ δαιδαλόχειρ κ. λ.* Suidas voce *δαιδαλ.* dat *δῆρις*, quod Kusterus corrigit. Est nomen *τέκτονος*. At p. 415. *θῆρις ὁ δικτυβόλος* occurrit vbi Palat. *μῆνις*. ex quo efficio verum nomen esse *δῆρις*, licet concedam, fictum id esse a poëta.

Editionis Florentinae principis est insignis in iungendis et restituendis pluribus carminibus vsus. Ita Carmini Antipatri Sidonii in Anacreontem p. 275. iungit distichon illud, quod p. 276. sequitur *εἰς τὸν αὐτόν*. quod suadebat etiam Huetius ad h. l. Carminis Simonidei in eundem poëtam vltimi distichi partem *ἧς ὁ γέραιος κ. λ.* partem habet Suidas voce

voce γέρωος, quod Kufterus non vidit. Idem v. σόλιόν hunc habet verſum: ἄκρητον θλίβων νέκταρ ἀπὸ σολίδων. qui ſumtus eſt ex epigramate Antipatri in Anacreontem p. 277. vbi vulgo σαλίκων legitur, pro quo Opſopaeus legebat κυλίκων. Summus Reiskius in notis MSS. σομάτων. Wackerus in Amoenitatibus Litterariis p. 53 σαφυλῶν. Sed Suidae lectio vera eſt, quam Codex etiam Palatinus exhibet. Diſtichon totum eſt:

ἡδὺ μέθυ βλύζων, ἀμφίβροχος εἵματα βάκχῳ
ἄκρητον θλίβων νέκταρ ἀπὸ σολίδων.

quo elegantiſſima ſenis ebrii pictura continetur, forte a ſtatua Anacreonti ab Hipparcho in arce Athenarum, ſpecie ſenis ebrii cantantisque poſita, deſumta illa. Aliud eſt Antipatri in ſenem Tejum p. 276. in cuius v. 5. pro φιλόκωμος, Codex Palat. φιλοκώμῳ habet. Vnde efficio φιλόκωμον ſcil. χέλυν, quod ſequitur. V. 6. pro κρέοι, κρέων. V. 7. καὶ χθονὶ pro κῆν idem habet, omnia bene. Scilicet diſtichon tertium cum quarto ſententia eſt continuandum. V. 9. pro μιν — τέγγοι. male tamen Cod. Palat. σφὶν τέγγει. In Simonidis in Anacreontem Carmine v. 6. pro λήθης δ' ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμῳ lege ex Palatino Codice δόμων. Saepe in ſtructura huius verbi κυρεῖν memini peccari in Gregorio Muratorii. In Carmine Tymnae L. III. p. 267. quod eſſe debet ſcriptum in auem, vt inſcriptio capitis docet, periit nomen auis, quod v. 3. reſtituendum ex Codice Palat. vulgo: ἠρπάσθης φιλέλαιε. Codex Palat. recte φίλε λάρε. Iuliani in Anacreontem Carmen p. 277. iungendum cum eo diſticho quod p. 278. cum elogio εἰς τὸν

αὐτὸν legitur. Ita enim recte editio Florentina. vnde totum carmen ita interpungo:

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄεισα καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω
Πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν.
ἀλλὰ πιὼν τέθνηκας, Ἀνάκρεον. Ἀλλὰ τρυφήσας,
καὶ σὺ δὲ, μὴ πίνων ἵξεαι εἰς ἀΐδην.

Inepte superstitioso pudori Planudae debetur mutilatio insignis qua carmine Agathiae p. 462. pro μέσσος ἐκείμην, quod in Codice Palat. substituit μέσσα καθήμην. quod est prorsus ἀπροσδιόνυσον. Aliud longe insignius exemplum est L. VII. p. 468. in Philodemi carmine:

Ἑξήκοντα τελεῖ χαριτὼ λυκάβαντος ἐς ὥρας
ἀλλ' ἔτι κυανέων σύρμα μένει πλοκάμων.
καὶ χρὼς ἀρρυτίδωτος, ἔτ' ἀμβροσίην ἔτι πειθὼ
πᾶσιν ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων.

Post versum secundum interserit Codex Palatinus hoc distichon.

κ' ἐν στέρνοις ἔτι κεῖνα τὰ λύγδινα κωνία μασδῶν
ἕστηκεν μίτρης γυμνὰ περιδρομάδος.

quod insigne auctarium! Sed in vulgatis verbis insunt vitia, ope editionis Florentinae tollenda. Pro χαριτὼ enim recte habet χαρικλὼ, quod verum puellae nomen, vt e pluribus Anthologiae locis paret. Occurrit Carm. 381. v. 1. Anthol. Ceph. vbi videndum, num illud carmen Silentiarii sit Philodemo reddendum. Locutionem: τελεῖ λυκ. ἐς ὥρας. non intelligens Huetius, inepte mutare conatur. Dicitur vt τελεῖν εἰς ἐφήβους παῖδας, ἄνδρας κ. λ. V. 3. recte

recte editio Florent. ἀμβροσίη sc. χρὼς. vulgatum nullum habet sensum. V. 4. eadem: πάσας ἐπιστάζει, vnde recte Reiskius noster efficiebat πᾶσιν ἐνιστάζει. Sed satis haec fidei dictis faciundae sint.

Carm. 14. Klozianorum v. 4. πληκτισμοί, quid sit, nemo melius explicet quam Plutarchus Amator. p. 760. εἶτα ἐρῶν διαπληκτιζόμενον ἀπὸ νευμάτων πρὸς τὸ γύναιον κ. λ. v. 1. στυγνὸς est a verbo στύειν, tristem esse, quod verbum corruptum est in Carmine Antholog. 1. p. 93. in Aristophanem:

βίβλοι Ἀριστοφάνευς, θεῖος πόνος, αἷσιν ἀχαρνεὺς
Κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔπεισε κόμην.

Ita male editur, cum prima Florentina editio, eamque semper secuta Iuntina, atque Aldina, recte ἔσεισε habeant, cum quibus conuenit etiam, vt in plurimis, Codex Fabricianus. Sequitur

ὦ καὶ θυμὸν ἄριστε καὶ ἑλλάδος ἤθεσιν ἶσα
Κώμικε, καὶ στίξας ἄξια καὶ γελάσας.

Ita omnes, quas vidi, editiones, sine sensu. sed recte Codex Palat. exhibet στύξας, quod firmat γελάσας. Theophylactus Epist. 15. αἱ δὲ παρειαὶ ὅτε κατέρυθροι — ὅτε πάλιν ὠχρότητι τὴν εὐπρέπειαν ἐπεστύγναζον. Similiter in Carmine Antipatri L. II. p. 130.

ἐστηκὸς τὸ Κίμωνος ἰδὼν, πέος εἶφ' ὁ πρίηπος κ. λ.

Summus Reiskius viderat legendum ἐστυκὸς, quod firmat Codex Palat. Similiter in Scythini carmine Ithyphallico inedito:

ὀρθὸν νῦν ἕστηκας ἀνώνυμον. lego ἕστυκας.

Insigne est, quod p. 118. in Carmine in Platonem vers. 5.

σωκρα

σωκρατικῷ σάμιον κεράσας κρητῆρι Φρόνημα.
Codex Palat. dat μυκτῆρσι. vnde lege σωκρατικοῖς μυκτῆρσι. Vnice veram eam esse lectionem illi norunt, qui εἰρωνείαν Socratis cognitam habent, et quam multa ex philosophia Pythagorae desumserit Plato, sciunt. (Eunapius vita Libanii ait leporem et venustatem οἱ μὲν ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἀστεϊσμὸν καλοῦσι. Ita enim ex MS. Memmii apud Valesium Emend. p. 99. legendum pro vulgato ἀλισμόν.) P. 28. est Antiphili carmen:

μῆλον ἐγὼ στρούθειον ἀφ' ὁπλοτέρης ἔτι ποίης
ὥριον ἐν νεαρῷ χρωτὶ φυλασσόμενον.
Ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον, ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισι
ἀκμὴν εὐπετάλοις συμφυὲς ἀκρεμόσι.

Suidas voce ἄσπιλος. ita h. l. laudat, μῆλον ἐγὼ στρούθιον ἄσπιλον ἀρρυτίδωτον. voce ἀκμήν. totum distichon secundum habet. vbi Kusterus pro ἀρτιγόνοισι legi volebat ἀρτιγενέοις, sine vlla ratione. Dicitur lanugo esse quasi recens nati mali. voce vero μῆλον. ita legit:

μῆλον ἐγὼ στρουθίου ἀπὸ προτέρης ἔτι ποίης
— — — —
— — — —
ἀκμὴν ἐν πετάλοις εὔφυες ἀκρεμόσιν.

vltima male habent. Sed ἀπὸ προτέρης. vera videtur lectio, quia etiam est in Codice Palatino. Simmiae est in perdicem epigrama L. III. p. 267. οὐκέτ' ἀν' ὑλῆεν δρυὸς εὔσκιον, vbi lege δρίος, vt iam alii voluere. Disticho secundo:

θηρεύων ἀγρίους συνομήλικας ἐν νομῷ ὕλης
ὤχεο.

Suidas voce βαλλαν. legit h. l. βαλίες, quod recte Kusterus probat. Atque ita exhibet Cod. Palat. Pro ὤχεο Suidas ὤχετο, male. Aliud Leonidae ibidem in ἀκρίδα est carmen, vbi distichon 3. ita habet:

Διπλοῦς ἐς λυκάβαντας ἐφίλατο καὶ μεθανοῦσαν·
κάτθετ' ἐφυπνιδίων χηραμένην λαλάγων.

In quo vitium manifestum. Nam de morte sequitur disticho sequenti:

καὶ μ' οὐδὲ φθιμένην ἀπανήνατο κ. λ.

Succurit Codex Palatinus, qui τὴν καλαμῖτιν — καὶ θέτ' — παταδῷ exhibet. Vnde legendum: τὴν καλαμῖτιν, καὶ θέτ' ἐφ' ὑπνιδίῳ χηραμένη πατάγῳ. Nunc video Suidam voce καλαμῖτιν, clare h. l. ita habere, vt est in Palatino, pro διπλοῦς, bene idem δισσοῦς. Repetit eundem versum voce ἐφίλατο, vbi eadem lectio, sed male ibi διπλοῦς. Nescio, qui Kustero in mentem venerit dicere, vulgo pro καλαμῖτιν, legi ἀκανθόβατιν. Hoc disticho priori legitur. ἀκρὶς καλαμῖτις, quae sit, notum iis, qui Theocritum legerunt. ἐφ' ὑπνιδίῳ πατάγῳ, intelliges ex Phaenni, antiquissimi poëtae, carmine ibidem: vbi ἀκρὶς loquitur:

Δαμοκρίτῳ μὲν ἐγὼ λιγυρὰν ὅκα μοῦσαν ἐνίειν
ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ὕπνον ἄγον.

vbi recte Codex Palat. habet ὅτε — ἐνείην. χηραμένη est emendatio certissima Anonymi apud Huetium ad h. l. Carmine in hirundinem p. 266. legitur v. 1.

ἀρτιγενῶν σὲ χελιδὼν οὖσαν μήτερα τέκνων.

Quilibet videt versum elumbem esse; hinc Reiskius noster vulgatam refingebat: ἀρτιγενῶν οὖσαν σε χε-

λιδὼν κ. λ. Sed optime Codex Palat. ἄρτι νεηγενέων σὲ χελιδὼν κ. λ. V. 7. legitur καὶ θάνεν ἠλιτόεργος, pro καὶ Codex Palat. exhibet ὥς, recte. atque ita clare habet Suidas voce ἠλιτόεργος ὁ τοῦ ἔργου ἀποτυχών. Alexander poëta L. 6. p. 432. v. 4.

ἰδρυτὰ κἀκ γαίης, ἰδρυτὰ καὶ πελάγους.

Locum hunc nemo intelligat, vt hodie scribitur. Sed veram lectionem seruauit Suidas voce ἴδρις, qui legit:

ἴδρῖτα καὶ γαίης ἴδρῖτα καὶ πελάγους.

i. e. Pan, qui venationi marinae et terrestri praesides. Quem sensum h. l. esse quilibet videre potest ex geminis locis, quae ibidem exstant. Pro κἀκ vulgato etiam Palat. Cod. καὶ debat. Nil tamen vltra. Florentina editio vocem hanc delet. — Nec tamen vbique Cod. Palat. cum Suida consentit. In Carmine Agathiae L. VII. p. 453. pro θάλυκρον, quod Suidas h. v. διάπυρον explicat, Codex Palat. dat μέλικρον, male. Florentina editio male itidem θαλυκτόν.

Eueno multa carmina in hac Anthologia ascribuntur, quae veteris illius esse nequeunt, atque in titulo C. 20. Iens. dicitur γραμματικὸς, quem titulum librarii saepe ineptissime nominibus poëtarum addidere; nec vbique eo nitendum esse existimo. Ille ergo Euenus est sine dubio recentior illo antiquo Pario elegiographo, de quo vide Rigaltium ad Artemid. p. 6. Nic. Loens. Misc. X. c. 1. hinc inquirendum restat, vtri epigrammata illa, quae in vtraque Anthologia exstant, tribuenda sint. Quod tamen difficillimum inuentu existimo. — Qui in Anthologia Stephani p. 25. et 40. Καλλίνιος dicitur, est Καλλῖνος, cui inuentio pentametri a quibusdam tribuitur, Ephesius. de quo vide, quos laudat Burmannus ad Valesii

Emend.

Emend. p. 116. vbi docet, quam varie id nomen in libris veterum corruptum legatur. Monendum tamen posteriori loco Anthologiae nomen καλλινίκ omittere editionem principem Florentinam. — Nescio, qui factum, vt summus Reiskius in Notitia *Aristonis* mentionem omitteret, cui Carmen 739. in Anthol. Cephalae tribuitur. Videtur esse Ariston Cejus peripateticus, cuius ἐρωτικὰ ὅμοια Athenaeus et Plutarchus saepissime laudant. Ariston alius Tragicus, cuius fragmentum luculentum Theophilus ad Autolyc. p. 297. habet, de quo vide Fabricii B. G. V. 1. p. 631. Aristonis Chii meminit Athenaeus p. 38. vnde fortasse legendum priori loco *Chius*. In edita Stephani p. 116. est titulus ἀρισῶνος ἢ ἑρμοδώρȣ. aliud eiusdem p. 438. vbi tamen princeps editio nomen hoc delet. Aristonem Chium philosophum Platonicum Antiochi Ascolonitae fratrem memorat Plutarch. Opusc. p. 984. Fabricius in Indice sic: Aristo idem ni fallor, qui allegatur a Mario Victorino in arte grammatica, vel Aristo philosophus, cuius versum in Arcesilaum profert Diog. Laërt. IV. 33. Addo Aristonem Gerasenum rhetorem eximium ex Stephano Byz. voce γέρασος.

Obiter dum versor in vitis autorum et aetate constituenda, lubet annotare, mirum mihi diu fuisse visum, qui factum, vt illi, qui de Aeliani aetate disputaverunt, illius, qui historiam animalium scripsit, illud aetatis luculentissimum argumentum omitterent, quo constat eum post Oppianum suam animalium historiam scripsisse. Bene enim et scienter animaduertit Gesnerus, et res manifesta id confirmat, multa capita Aelianum verbotenus ex Oppiano vertisse. Vnde millies ab editoribus vterque ex se inuicem emen-

emendari possunt. Legi nuper quae Valesius Emend. L. p. 123. de ea re scripsit, cuius argumenta non adeo vbique firma mihi videntur. Illud, quod ex L. X. c. 1. petit ex testimonio Dionis, ἐν συγγραφῇ, concidet, si scieris legendum ibi sine dubio Δίνων, vt ex L. XVII. c. X. apparet. Porro id est valde ineptum argumentum, quod p. 124. monet se in MS. regio, titulum Tacticorum hunc inuenisse: αἰλιάνȢ τȢ̃ φιλοσόφȢ, quem in Sophistam illum, autorem Historiae Animalium, minime cadere putat. Quod est falsum. Nam primum, titulus ille sine dubio librariis debetur; deinde Aelianus se ipsum H. A. II. c. 11. φιλοσοφȢ̃ντα ἄνδρα dicit, quod ridicule interpretatur Valesius. Monere talia debebat in notis Burmannus, si eandem rationem vbique sequi voluisset. Quod vero Valesius in H. A. XIII. 6. pro ὥσπερ εἰς πνίγμα ἀθλητὴς συλλαβὼν τὸν ἀντίπαλον, corrigit πλίγμα, falsum esse constabit ex iis, quae ad C. 204. Musae Strat. notaui. — Extat in Codice Lips. C. 10. quod ΣκυθίȢ inscribitur, editum ab Ill. Klozio n. 16. aliud Num. 213. vbi autor Σκυνθῖνος dicitur. Vtrumque corrupte. Summus Reiskius, commune graecarum litterarum oraculum, de hoc poëta nil reperire potuit. Liceat ergo mihi supplere Notitiam eius. Autor vel poëta iste est Scythinus, qui a Stephano Byz. voce Τήιος, Tejus Iambicorum ποιητὴς dicitur. Athenaeus XI. c. 11. p. 461. σκυθινός ὁ Τήϊος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ ἱςορίᾳ. vbi Casaubonus monet a Diogene in Heraclito dici eum τὸν τῶν Ἰάμβων ποιητὴν, et in Stobaei Physicis laudari eius librum περὶ φύσεως. Addo eum bis a Plutarcho laudari; p. 402. simpliciter σκυθινὸν memorat, vbi insigne Iamborum fragmentum exstat. Alter locus

est

eſt p. 715. Opuſculor. Moral. Hinc ſatis de aetate poëtae apparebit ei, qui loca ea contenderit. Addo alia in ſupplementum Notitiae. In vulgata p. 279. legitur Πινύτȣ carmen in Sapphonem, de quo nil Interpretes, nec Fabricius in Indice poëtarum Anthologicorum. Eſt ille Πίνυτος Bithynenſis ſine dubio, Epaphroditi libertus, grammaticus, qui Romae docuit Conf. Stephanus Byz. voce Βιθύνιον. — Phaedimi inter poëtas ſuos meminit Meleager v. 52. quem Stephanus Byz. voce βισανθ. Biſanthenum elegiacum poëtam facit. In edita p. 63. Βισαντίνȣ carmen legitur, quem Fabricius in Indice poët. p. 713. Biſantinoum (Helladium) vel Byzantinum (Antiphilum) facit. Sed ego certum puto, intelligi Phaedimum Biſanthenum. Sic Gaetulicus ſimpliciter dicitur, qui eſt Cn. Lentulus Gaetulicus, de quo habeo quaedam collecta non in vulgus nota. Forte eiusdem Phaedimi ſunt libri περὶ ἡρακλείας, quos memorat Athenaeus p. 498. Phaedimo alicui ſcribit Phalaris Epiſt. CXXX. — Diotimum illum Meleagro memoratum illum eſſe exiſtimo Adramytenum, qui Gargaris litteras docuit in quem Arati epigramma Stephanus voce γαργαρα habet, et Antholog. p. 239. ed. Wechel. Idem Diotimi παντοδαπὰ ἀναγνώσματα memorat voce πασσαργαθ. — Aegidis carmen in edita p. 43. legitur, quo autore quid faciat, neſcit Fabricius. Sed bene editio princeps habet Ἄγιδος. Agis poëta Amphiptholemi filius occurrit apud Pauſan. p. 124. Forte idem cuius ὀψαρτικὰ laudat Athenaeus p. 516. — Antagorae meminit Meleager v. 52. et legitur illius vnicum Carmen in edita p. 526. ſed nil de eo Fabricius nec ſummus Reiskius. Aliud p. 24. in Appendice Wechel. Vixit ille familiariter

miliariter cum Antigono primo, quorum mutua scomata refert Plutarchus Apopht. p. 182. idem scomma refert p. 668. vnde prior locus emendari debet. Antagorae Rhodii meminit Pausanias p. 8. qui num idem sit, dubitari potest. — Disputatum est, qua aetate vixerit Strato. Credo me reperisse argumentum satis validum, quo lis omnis dirimatur. Quod enim perstringit Capitonem Medicum L. II. p. 215. ed. Wechel. rem conficit. Est is Artemidorus Capito, qui scripta Hippocratis recensuerat, suamque ἔκδοσιν Hadriano Imperatori aliisque probauerat; sed Galenus eum Hippocratis verba saepissime interpolasse docet T. V. p. 4. ed. Basil. atque idem Galenus eum per totum suum Commentarium sub nomine Capitonis perstringit. Inde apparet clarissime aetas Stratonis. Diuersus est Capito Alexandrinus poëta cuius ἐρωτικὰ laudat Athenaeus p. 427. eiusdem ad Philopappum Commentarios p. 350. Aristides Orationem tertiam Platonicam T. II. p. 315. ed. Oxon. ad Capitonem aliquem scripsit. Qui omnes diuersi nec Medici sunt. Ceterum Strato noster in Carminis primi Inscriptione in Codice Dresd. et schedis Thryll. dicitur Cardianus. Quod notandum.

Carm. 219. Meleager ineptum suum μάγειρον videtur sumsisse, vt alia, ex Theocrito, qui Idyll. VII. αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὠπτεύμενον ἐξ ἀφροδίτης et XXII. καὶ τὺ φιλήσεις αὔνικα τὴν κραδίην ὀπτεύμενος ἄλμυρα κλαύσεις. ctt. Bentlej. ad Callimachi Epigr. p. 217.

Carm. IV. Kloz. videtur fragmentum esse maioris carminis, quod simile fuerat Callimacheo n. 44. vbi vltimo disticho legitur: ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα τὴν ἱερήν. εἰ τοῦτ' ἐς' ἀδίκημ'

ἀδικῶ

ἀδικῶ. vbi Bentlejus pro ἐβόησα substituitἐνόησα, et pro corrupto ἱαρὴν, δειρὴν. Sed miror, quod vir doctissimus, eumque secuti editores, non viderit ἐβόησα rectum esse, quod ei patebit, qui legerit Plutarchum de Ira cohib. p. 455. vbi sine autoris nomine profert hoc distichon, in argumentum clamoris amatorii. Ibidem pro ἱαρὴν legitur φιλὴν, quod non spernendum est. Sed haec obiter.

Carmen 738. ἄρνα λύκος rectum est. Latet obscoenitas. Ita Lucillius Cratippum perstringit, qui repente muliebria patiebatur, in edita p. 187. ed. Wechel. ἤλπισα τοῦτο Κράτιππε; μανήσομαι. εἰ λύκος (i. e. φίλοπαις) εἶναι πᾶσι λέγων ἐφάνης ἐξαπίνης ἔριφος. Nemo h. l. intellexit. Brodaeus tamen quasi per transennam vidit sensum.

Ex Carm. 171. Stratonis intelliges aliud in edita p. 197. Wech. vbi senex vetulae amorem renunciat: ἀλλ' αἰεὶ πεπόθηκα συνακμάζουσαν ὀπώρην. ὥστε τί πειράζεις λευκὸν ἰδεῖν κόρακα; q. l. nemo interpr. intellexit. Sensus est. Tu cana facta, frustra quaeres coruum album, qui fructus marcidos comedat, Sententia profecto non cuiuis alba!

Carm. 24. Kloz. Meleagri est. Vnde apparet recte eidem tribui Carmen 63. quod in Musa puerili legitur ita:

ἣν δ' ἐσίδω Θήρωνα. τὰ πάνθ' ὁρῶ, ἢν δὲ τὰ πάντα
βλέψω τὸν δὲ δὲ μὴ, τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

Exstat illud Carmen L. VII. p. 629. edit. Wechel. cum elogio ἄλλο. Sed Meleagri esse apparet ex Carm. 24. Kloz. et Carm. 46. quod edidit Valquen. ad Ammonium p. 41. vbi Meleager ait: οὐκέτι μοι Θήρων γράφεται καλός. In nostro carmine edita

cum ſchedis La Croz. et Thryll. recte omittit δ'. Pro τὸν δὲ δὲ bene edita τὸν δὲ γὲ. Sched. Thryll. alterum δὲ delebant. Pro τᾶμπαλιν ſched. Thryll. male τάμπαλιν. Sumſit autem Meleager ἔννοιαν ex Xenophontis Sympoſio p. 138. ed. Bach. νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῷμαι ἢ τἆλλα πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις καλά. τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι ἢ κλεινίȣ ἑνὸς ὄντος.

Carm. 210. Meae ſententiae inprimis fauet locus Plutarchi Opuſc. p. 88. vnde locus Anthologiae mirifice illuſtratur, vbi poëta τὴν πελιὴν Νέμεσιν vocat. Λέων Βυζάντιος ὑπὸ κυρτȣ̃ λοιδορηθεὶς εἰς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν, ἀνθρώπεινον, ἔφη, πάθος ὀνειδίζεις, ἐπὶ τȣ̃ νώτȣ φέρων τὴν νέμεσιν. Ad Carmen 178. annoto locum Martialis IV. 7. here qui puer Hylle fuiſti, Dic nobis hodie qua ratione vir es?

CAPVT V.

Cum in legendis hiſtoriae naturalis ſcriptoribus ad autores hiſtoriarum mirabilium deferrer, ſubſtiti paullum in Antigono Caryſtio, coepique ea loca, quae ex Ariſtotele ſe ſumſiſſe praefatus erat, cum eo diligenter conferre. Promiſerat idem Meurſius, ſed labor inquirendi ita defatigaſſe videtur virum doctum, vt ſatis haberet ea loca annotaſſe, quae manifeſte eſſent corrupta. Cetera, quae ſenſum qualemcunque, licet a re ipſa abhorrentem, darent, praeteriit. Incidebam in aliquot loca, quae nec cohaerere ſatis, reique ipſi pugnare videbantur; quod me admonuit, vt ipſa Ariſtotelis loca indagarem, et viderem quid opis ab eo exſpectandum ſit. Tumque ego vidi mirabundus, nullum fere caput eſſe in Antigono ex Ariſtotele

ſumtum,

ſumtum, cui non corruptelae aliquam maculam ignorantia librariorum conceperit. Duo in vnum capita confuſa; verba omiſſa, ſine quibus ſenſus laborat; vt adeo mirer Meurſii ſtomachum tot ineptias concoquere potuiſſe. Coniicere inde poſſumus, et certum eſt, quid reliquis locis fecerit ſtupor librariorum, quae ex deperditis ſcriptoribus ſumſerat Antigonus; quae adeo vix ſperandum eſt, fore, vt vnquam reſtitui poſſint. Fatendum tamen eſt, ſaepe Antigonum eximiam opem corruptis philoſophi locis emendandis praeſtare; qua in re tamen cautione eſſe vtendum magna facile video; quia Antigonus interdum verba aliquot de ſuo addit, resque ab Ariſtotele traditas, ſaepe aliis verbis eloquitur. Quod ſi iisdem verbis eadem cum Ariſtotele tradit, quod facit etiam, tum vtrumque tutius emendare, atque alterutri perdita verba reddere, licet. Quam tamen rationem iterum ita circumſcribendam cenſeo, vt ſint illa verba ad ſenſum iuſtum efficiendum omnino neceſſaria. Mira enim fuit interdum Antigoni ſocordia, qua philoſophum exſcripſit, ea, quae vel caput rei faciunt, vel ſine quibus reliqua vix intelligi poſſunt, omittentis. Atque hoc loco dicam, quod vſu horum ſcriptorum cognoui; nullum ſcilicet eorum ſatis adhuc eſſe emendatum, nec cum ſcriptoribus iis, quos ſecutus erat, collatum a quoquam eſſe; quae ſola tamen ratio emendandi mihi certiſſima videtur. Quot in Aeliano reſtant loca corruptiſſima, quae tamen nulli ſuſpecta eſſe poſſunt, niſi qui diligenter cum fontibus ea contenderit! Quam egregiam contra operam idem emendandis et illuſtrandis ſcriptoribus iis praeſtat, quos tacito nomine vel ſecutus eſt, vel plane exſcripſit. Nominabo tantum Ariſtotelem, Theophraſtum, Nicandrum,

 Oppia-

Oppianum, quos per totum fere opus sequitur. Sed cui ad hunc diem interpretum in mentem venit Oppianum cum Aeliano conferre? Certum tamen est innumeris locis Aelianum μεταφράζειν Oppianum. Inde ratio orationis nimis floridae reddi potest. Vidit hoc Conr. Gesnerus, cuius tamen monitis non paruere Trillerus et Gronouius, quorum ille semper notas suas in N. T. crepat tantum, hic praeter Medicei codicis collationem nil noui ad Aelianum attulit. Igitur vterque locis facillimis turpissime se dederunt, quod alio tempore docebo. Laudanda tamen est hac in re opera Corn. de Paw, qui aliquoties Oppianum ex Aeliano feliciter restituit in notis ad Philen; cuius vestigiis nec Piersonus, nec Wassius insistere; hinc vterque loca sana tentarunt, in corruptis nil viderunt. — Optandum sane esset, vt plures virorum doctorum hanc sibi operam sumerent, conferendi Aristotelis cum iis scriptoribus, qui ex eo hauserunt; qua sola ratione integrum eum et sanum hodie praestare possumus. — Quid ego profecerim meo hoc labore, iudicent periti ex specimine hoc; quibus si probari eum videro, pluribus scriptoribus eam opem feram. —

Capite ergo 35. haec ex Aristotele tradit: ἤδη δὲ διειλῆφθαι ἀχαίνην ἔλαφον κιττὸν ἔχουσαν ἐπὶ τῶν κεράτων ὡς ἂν ἐνύγρων ὄντων. ἁλίσκεσθαι δὲ ἐλάφους καὶ συριττόντων καὶ ᾀδόντων. ὥστε καὶ κατακλίνεσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Meursius vidit in Aristotele H. A. 9. 5. vnde haec sumta sunt, pro ἀχαίτης ex Antigono legendum ἀχαΐνης. Sed omisit pro κατακλίνεσθαι legend. κατακηλεῖσθαι. Ita enim Aristoteles; ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ὥστε καὶ κατακηλοῦνται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Video Salma-

Salmafio Exercit. p. 155. b. hanc fententiam placere, vt legatur in Ariftotele κατακλίνονται; atque ita antea Caefar Scaliger in Philofopho legit. Sed Plinius vertit: mulcentur fiftula paftorali et cantu. Hinc apparet veram effe lectionem antiquam in Philofopho. Idem Salmafius Plinium taxat, qui συρίττειν de fiftula ceperit; ipfe de fibilo oris capi vult, quomodo etiam Gaza in Ariftotele vertit; quem contra Scaliger increpat. Plutarchus tamen cum Plinio facit. Ita enim ille T. II. p. 959. ed. Franc. κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξιν καὶ αὐλοῖς. quem locum tranfcripfit Porphyrius de Abftin. L. III. p. 269. vbi tamen de hac controuerfia fecurus fuit Iacob de Rhoer. Κηλεῖν faepe cum καλεῖν et κυκλοῦν confufum effe docet Koppiers Obferv. Phil. p. 118. In eodem capite apud Antigonum pro ἐπὶ τῶν σταθμῶν f. ἐπὶ τοὺς σταθμοὺς vel cum Salmafio loc. cit. p. 155. τὸν σταθμόν. Prius eft in philofophi loco. Quae Meurfius ad h. l. de voce ἀχαΐνης tradit, funt ex corrupto Hefychii loco ducta, atque adeo falfiffima. Meliora dedit Salmaf. Exercit. p. 157. quem fere omnes fecuti funt. Capite 44. de columbis: τοῖς δὲ νεοττοῖς τῆς ἀλμυριζούσης γῆς διαμασησαμένας, εἰσπτύειν εἰς τὸ στόμα, προπαρασκευαζούσας τροφήν. fumta haec funt ex L. IX. c. 7. vbi male ἁρμοττούσης τροφῆς legitur. Sed veram lectionem expreffit Gaza in verfione, quam Scaliger recte probat. Monuit ad Aelianum Abrah. Gronouius hanc vocem philofopho effe ex Aeliano et Phile reftituendam. Atque ita clare Ariftotelis locum exhibet Athenaeus L. IX. p. 394.

Quae Capite XLVI. de gruibus leguntur, negligenter ex Ariftotele 9. c. 10. tranfcripta funt. Nam quae tradit Antigonus de fomno gruum, intelligenda funt

de eo tempore, quo consistunt in itinere. Capite LI, male αἴγιθος scribitur, qui Aristoteli 9. 30. αἰγοθήλας est. Erroris origo inde est; quae sequuntur a verbis: ἐςί δὲ χωλὸν τὸ ὄρνεον κ. λ. vera sunt de αἰγίθῳ de quo Aristoteles 9. 15. τὸν δὲ πόδα χωλὸς ἐςί. vbi tamen male nomen avis in editionibus meis αἰγίοθος scribitur; quod inprimis ex fragmento Callimachi, ab Antigono laudati, apparet. Duo ergo ex hoc vno, capita sunt facienda, nisi ipse Antigonus aues has longe diuersas confuderit. Miror tam securum hoc caput transcripsisse Bentleium ad Callimachum p. 413. qui alias Antigonum nostrum egregie illustrat p. 327. sq. iis locis, vbi ille Callimachum secutus erat. Quae sequuntur de αἰγίθῳ seu potius αἰγοθήλῳ: τὸν δὲ μαςὸν ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ ἀποτυφλοῦσθαι: iterum negligenter ex philosopho transscripta sunt. Ita enim ille l. c. Φασὶ δὲ ὅταν θηλάσῃ τὸν μαςὸν, ἀποσβέννυσθαι τε καὶ τὴν αἶγα ἀποτυφλοῦσθαι. Ergo capra ipsa, non mamilla, excoecatur. Cap. LII. ὁ δὲ ἀριςοτέλης φησὶ τῷ ἀετῷ γηράσαντι τὸ ῥύγχος αὐαίνεσθαι καὶ γαμψοῦσθαι καὶ τέλος ἀποθνήσκειν λιμῷ. ex h. l. emendandus Aristoteles IX. 32. p. 1061. edit. Laemarii. γηράσκουσι δὲ τοῖς ἀετοῖς τὸ ῥύγχος αὐξάνεται τὸ ἄνω, γαμψούμενον ἀεὶ μᾶλλον καὶ τέλος ἀποθνήσκουσι. Lege αὐαίνεται. Quae exsiccata sunt, facilius inflectuntur et curuantur. Similis error in Polemonis Physiogn. p. 183. 12. de cinaedis. μέτωπον σπᾷ καὶ παρειάς. αἱ ὀφρύες οἰδαίνουσι κατὰ χώραν, τράχηλος κέκλιται — κινεῖται πάντα τὰ μέλη. Adamantius eadem, nisi quod: ὀφρύες μένουσι κατὰ χώραν habet, corrupte etiam. Lege vtrobique οὐ μένουσι. Sylburgius, quod miror, nihil monuit. In Hippocrate περὶ ὀςέων φύσεως p. 58. l. 30. pro ςιονεὶ ῥέον lege ex vestigiis

ſtigiis Cod. Palat. ὀιεvεὶ ῥίον. ὄιον εἰρίον cum Obſopaeo, cuius exemplar eſt in bibliotheca Cel. Fiſcheri. In eodem capite Adamantii pro φωνὴ λεπτὴ, λιγυρά, σχολαία πάνυ, lege ex Polemone σκολιά. Capite LII. de rana piſcatore. Θηρεύειν τὰ ἰχθύδια τοῖς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποκρεμαμένοις, ὧν τὸ μὲν μῆκος ἐςὶ τροχοειδὲς, ἐπ' ἄκρȣ δὲ προσκείμενον ὥσπερ δέλεαρ ςρόγγυλον. Lege ex philoſopho: τριχῶδες ἐπ' ἄκρȣ δὲ ςρόγγυλον, προςκείμενον ὥσπερ δέλεαρ. Ita enim ille IX. 37. τριχῶδες vnice verum eſt; nam Ariſtoteles paullo poſt τρίχας appellat. Ita in Dioſcoride L. III. c. 78. de pyrethro: σκιάδιον δὲ ὡς ἀνήθȣ τριχοειδὲς, alii codices τροχοειδὲς habent. Plutarchus T. II. p. 978. de eodem: καθίησι γὰρ ὥσπερ ὁρμιὰν ἀπὸ τȣ̃ τραχήλȣ πλεκτάνην. Inde facile componemus turbas, quas Scaliger in Ariſtotele excitat. — Capite LIII. de torpedine piſce: τὴν δὲ νάρκην καθαλμίσασαν ἑαυτὴν τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ἰχθυδίων, ὅταν σύνεγγυς ᾖ, κολυμβᾶν, διὰ τὴν νάρκησιν συλλαμβάνειν. Sed apud Ariſtotelem 9. c. 37. haec aliter: κατακρύπτεται, δὲ εἰς ἄμμον καὶ πηλὸν, λαμβάνει δὲ τὰ ἐπινέοντα ὅσα ἂν ναρκήσῃ ἐπιφερόμενα τῶν ἰχθύων: paullo poſt: καταμμίζȣσι δ' ἑαυτȣ̀ς καὶ ὄνος καὶ βάτραχος κ. λ. vnde apparet in Antigono legendum eſſe καταμμίσασαν. Iterum Scaligeri cenſura inepte locutionem philoſophi vexat. Capite 109. κόκκυγος δὲ νεοττȣ̀ς ȣ̓δένα ἑωρακέναι, τίκτειν γὰρ αὐτὸν ȣ̓κ ἐν τῇ ἰδίᾳ νεοττείᾳ, ἀλλ' εἰς τὰς ὀρνιθίων ἢ εἰς τὰς τῶν φαβῶν ἢ ὑποδυσίδεων εἰςπετόμενον ὅτ' ἂν καταφύγῃ πρὸς ὑπάρχοντα ᾠά. quae manifeſte corrupta Meurſius ita corrigebat: εἰς τὰς τῶν κορύδων ἢ εἰς τὰς τῶν φαβῶν ἢ ὑπολαΐδων εἰςπετόμενον. putabat Antigonum reſpexiſſe Ariſtot. IX. 29

ὁ δὲ κόκκυξ ὥσπερ εἴρηται — ὀ ποιεῖ νεόττειαν ἀλλ' ἐν ἀλλοτρίαις τίκτει νεοττείαις, μάλιστα μὲν ἐν ταῖς τῶν φαβῶν ἢ ὑπολαΐδος καὶ κορύδου. Sed falsus est Meursius. Sumsit Carystius ex L. VI. c. VII. νεοττοὺς δὲ κόκκυγος λέγουσιν ὡς οὐδεὶς ἑώρακεν. ὁ δὲ τίκτει μὲν ἀλλ' οὐ ποιησάμενος νεόττειαν, ἀλλ' ἐνιότε μὲν ἐν τῇ τῶν ἐλαττόνων ὀρνίθων ἐντίκτει, καταφαγὼν τὰ ᾠὰ τὰ ἐκείνων. μάλιστα δὲ ἐν ταῖς τῶν φαττῶν νεοττείαις καταφαγὼν καὶ τὰ τούτων ᾠά. vnde patet ap. Aristot. priori loco et Antigonum legendum φαττῶν. Similiter in libro περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. p. 90. 1. pro φαττῶν erat in MS. φαβῶν. vbi eadem historia. Antigonus philosophi ἐλάττονας ὄρνιθας per ὀρνίθια reddit, quod male Meursius corrigit, longe peius idem in versione ornithiarum reddit. Vltima intelligi nequeunt et pessime vertit Meursius. Lege ex philosopho et re ipsa: ὅταν καταφάγῃ τὰ προυπάρχοντα ᾠά. Caput CX. sicco pede transiit Meursius; iurare tamen ausim, nihil eum horum, quae hoc capite traduntur, intellexisse. Quid enim? Totum caput de perdicibus esse videtur; sed multa tam inepte de his traduntur, vt vere Horatii illud trahere huc liceat: Delphinem appingere siluis. Videamus: τοὺς δὲ πέρδικας ποιεῖσθαι σηκοὺς τῶν ᾠῶν — καὶ τοὺς νεοττοὺς, ὅταν πρῶτον ἐξαγάγωσιν, ὀχεύειν αὐτούς. haec ex Aristotelis L. 6. c. 9. satis supine transscripta sunt. Sequuntur nunc verba ea, quae nouum caput constituere debent: τοὺς δὲ πρὸς ἀλλήλους μάχεσθαι θωρακιζόμενους τῷ ἰδίῳ δέρματι. ποιεῖν δὲ τραχὺ ἐκ παπαρασκευῆς, τρίβοντας πρὸς δένδρα καὶ πηλῷ μολύνοντας καὶ ξηραίνοντας. Haec de perdicibus dicta cuilibet risum mouere possunt. Sed Aristoteles haec eadem de suibus feris L. 6. c. 18. tradit: καὶ πρὸς ἀλλή-

ἀλλήλους μὲν ποιοῦνται μάχας θαυμαστὰς θωρακίζοντες ἑαυτοὺς καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον ἐκ παρασκευῆς, πρὸς τὰ δένδρα διατρίβοντες καὶ τῷ πηλῷ μολύνοντες πολλάκις, καὶ ξηραίνοντες ἑαυτούς. vnde apparet apud Antigonum post verbum τοὺς excidisse ὗς. Ita capite 72. post μονύχους exciderat ὗς, quod ex Aristotele 2. c. 1. recte Meursius restituit. Similiter apud Porphyrium de Abst. p. 25. post ὀρνίθας ὗς cum pluribus vocibus excidit. Pro τραχύτατον lege ex Arist. παχύτατον. Ita apud Adamantium p. 220. inter signa ἀνδρὸς πικροῦ: τραχὺ καὶ ξηρὸν βλέπειν. vbi Polemon. p. 183. 19. male παχὺ καὶ ξηρόν habet. In eodem capite Polemo: ἐν τῷ ἀσθενεῖν χεῖρας συγκροτεῖ ἢ ἀνατρίβει. Adamantius ἀσθμαίνειν, χεῖρας συγκροτεῖν ἢ ἀνατρίβειν. Vbi ἀσθμαίνειν verum est. Sylburgii ἀσχολεῖν vel δυσχεραίνειν locum ibi nullum habet. Similiter in Hippocrate de natura muliebri p. 224. 37. ἀσθενεῖ est, vbi p. 278. 42. pro eo rectius ἀσθμαίνει legitur, in Frobeniana editione. Ita de πράῳ, quod Polemoni p. 183. 26. βραχὺ κίνημα melius Adamantio p. 220. 25. βραδυκίνητος. Ita enim ex MS. legendum. Aristoteles Physiogn. p. 142. 12. ὁ θυμώδης — σχήματι εὔπλευρος εὔθυμος ἐπίπυῤῥος. melius ibi Polemo p. 145. 15. pro εὔθυμος, εὔρυθμος habet. Sed redeo ad Antigonum; in quo post ξηραίνοντας adde ἑαυτοὺς. Sequuntur in fine capitis verba: Φάναι δέ τινας καταγράφειν ὡς αὐτὸς οὐ πεπειραμμένος ὅτι ἂν τις τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἐκκοπείη, ἀποθνήσκει ταχέως. Haec apud Aristotelem in fine capitis citati ita leguntur: Φασὶ δέ τινες, ἐὰν τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἐκκοπῇ ἡ ὗς, ἀποθνήσκειν διὰ ταχέων ὡς ἐπιτολύ. Inde lege in Antigono: καταγράφει — ὅτι ἂν ὗς --

Quilibet

Quilibet coniicere poteſt, quam ridicula eſſe debeat verſio Meurſii, qui non viderit haec miſere eſſe lacerata -- Capite CXI. de coitu caprarum haec: ὡσάυτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πυῤῥῶν, πρότερον ἢ ὀχεῖσθαι τὸ ἁλυκὸν ὕδωρ πίνοντα. Ariſtoteles C. 19. πυῤῥαὶ δὲ ἐὰν πυῤῥαί. τά δὲ τὰ ἁλυκὸν ὕδωρ πίνοντα πρότερον ὀχέυεται. Meurſius inde correxit h. l. ὡσάυτως --- πυῤῥῶν. πρ. δὲ ὀχ. τὸ ἁλυ. ὕδ. πίνοντα. ego mallem πρ. δὲ ὀχ. τὰ ἁλυ. ὕδ. πίνοντα. Capite 113. foecundam celeremque murium generationem ex Ariſtotele refert: τῆς δὲ Περσικῆς ἐν τισὶν ἀνασχιζομένων τῶν θηλειῶν τῶν μυῶν τὰ ἔμβρυα ἤδη κύοντα εὑρίσκεσθαι; apud Ariſtotelem C. 37. haec: τῆς δὲ Περσικῆς ἐν τισὶν ἀνασχιζομένων τῶν ἐμβρύων τά θήλεα ἔσω κύοντα φαίνεται. Loci vitium ſenſit Gaza, qui vertit: terrae Perſicae parte quadam mure femina reſciſſa foetus foemini praegnantes comperiuntur. Emendandus ex Antigono Ariſtoteles. Capita 117. et 118. in vnum ſunt redigenda: ξυνῆχον δὲ φαλακρὸν ἐδένα γίνεσθαι. τὰς δευτερογενεῖς τρίχας, τὰς μὲν ἐκ παιδὸς διαφθαρέντας ἐκ ἴσχειν. τὰς δὲ ὕστερον ἀποβάλλειν, πλὴν τῆς ἥβης. peſſime et ridicule h. l. vertit Meurſius. Antigonus ipſe negligenter ſuoque more philoſophum exſcripſit; in quo L. 3. 11. ἐ γίνεται δὲ ἔτε παῖς φαλακρὸς ἐδὲ οἱ ἐκτετμημένοι. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐκτμηθῇ πρὸ ἥβης, ἐ φύονται αἱ ὑστερογενεῖς. ἐὰν δὲ ὕστερον, αὐταὶ μόναι ἐκρέεσιν -- πλὴν τῆς ἥβης. Inde patet Antigonum διαφθείρειν dicere, quod ille ἐκτέμνειν. Iterum haec Ariſtoteles IX. 50. tradit. Similiter Hippocrates Sect. VI. Aphoriſm. 28. inde Porphyrius de Abſtin. p. 233. vbi Rhoer monet, hodie medicos contraria docere — Cap. 56. de polypo nauta. ἔχει μὲν γὰρ ὄστρακον, ὃ καταστρέψας

ψας ἄνω, φέρεται, ἵνα ῥᾴδιον ἀνενεχθῇ κενόν. ἄνωθεν δὲ γενόμενον, μεταστρέφει. ἔχει δὲ μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν ἐπί τι συνεχὲς οἷον ὑμένα. ὅτ' ἂν πνευμάτιον ᾖ ὥσπερ ἱστῷ χρῆσθαι. Aristoteles 9. 37. ἐπιπλεῖ ἐπὶ τῆς θαλάττης τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος κάτωθεν ἐκ τοῦ βυθοῦ. καὶ ἀναφέρεται μὲν κατεστραμμένῳ τῷ ὀστράκῳ ἵνα ῥᾷόν γε ἀνέλθῃ καὶ κενῷ ναυτίληται. ἐπιπολάσας δὲ μεταστρέφει. ἔχει δὲ μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν ἐπί τι σύννυφες ὅμοιον τοῖς στεγανόποσι τοῦ μεταξὺ τῶν δακτύλων. Primum ex Aristotele lege κενῷ, post σύννυφες, denique πνεύματι. In Aristotele legendum censeo: τῶν στεγανοπόδων τῷ κ. λ. scil. ὑμένι. Apud Adamantium Physiogn. II. p. 220. ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ, εὐλαμπεῖς οὐ δεδορκότες, lege ex Polemone p. 183. quem μεταφράζει ille, ὡς δεδορκότες. contra in Polemone p. 183. 9. inter ἀνιαροῦ signa refertur πρόσωπον ἰσχυρὸν, quod debebat esse ἰσχνὸν ex Adamantio p. 183. 8. quod miror Sylburgium non vidisse. Sed sunt illi Physiognomici scriptores Augeae stabulum.

Cap. LVII. τὰς δὲ μελίττας θυμιωμένας ὑπὸ τοῦ καπνοῦ καὶ κακοπαθούσας τότε μάλιστα μὲν ἐσθίειν. haec nullum habent sensum; sed ex Aristotele 9. c. 40. pro μὲν lege μέλι. ita enim ille: θυμιώμεναι γὰρ καὶ σφόδρα πονοῦσαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ τότε μάλιστα τὸ μέλι ἐσθίουσιν. Similiter in autore θαυμασ. ἀκουσμάτων p. 91. l. 23. pro μὲν Sylburgius recte μέλι restituit. In Anthologia Cephalae habuimus πυρὶ pro πύργος. in Nicandro, olim meo, pro γυῖα Codex Riccardianus fere semper γὲν. Sequitur: τοῖς ἀπὸ τῶν δένδρων δὲ δακρύοις δεῖ χρίειν τὸ σμῆνος τῶν ἄλλων ἕνεκεν θηρίων. lege διαχρίειν scil. apes. Aristoteles l. c. τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἔδαφος διαχρίουσι τῶν ἄλλων θηρίων·

ϱίων ἕνεκα. de furibus apum sequitur: τηρεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς καὶ ἐπὶ πασῶν Φύλακας εἶναι. Meursius vertit: vbique ἐπὶ πασῶν. Sed Aristoteles l. c. οὐκ ἔργον δ' ἐστὶ λαβεῖν. ἐπί τε γὰρ εἰσόδῳ ἑκάστῃ Φύλακες εἰσίν. vnde pro ἐπὶ πασῶν legendum puto ἐπ' εἰσόδῳ vel ἐπὶ πασῶν εἰσόδων. Reliquos, quia nimis crassi, errores, vidit atque ex philosopho recte emendauit Meursius. C. 26. τὴν δὲ γλαῦκα καὶ τὴν κορώνην πολεμίους εἶναι. τὴν μὲν κορώνην τῆς γλαυκὸς μεθ' ἡμέραν, διὰ τὸ μὴ βλέπειν τὴν γλαῦκα. τὴν δὲ γλαῦκα τῆς κορώνης νύκτωρ, διὰ τὸ τὴν κορώνην μὴ ὁρᾷν. διὸ καὶ κρατεῖν αὐτῶν τὴν μὲν νύκτωρ τὴν δὲ μεθ' ἡμέραν. Ridicula belli gerundi ratio, sed magis ridicula caussa! Sed ecce locum Aristotelis 9. c. 1. καὶ κορώνη καὶ γλαὺξ. ἡ μὲν γὰρ τῆς μεσημβρίας διὰ τὸ μὴ ὀξὺ βλέπειν τὴν γλαῦκα τῆς ἡμέρας, κατεσθίει ὑφαρπάζουσα αὐτῆς τὰ ᾠά. ἡ δὲ γλαὺξ τῆς νυκτὸς τὰ τῆς κορώνης. καὶ κρείττων ἡ μὲν τῆς ἡμέρας ἡ δὲ τῆς νυκτός ἐστί. Vides Antigoni codice plura excidisse verba, quae tamen restituere velle, nimis audacis mihi esse videtur. Respicit Aristotelis locum Plutarchus de odio p. 537. b. -- Cap. 65. τοὺς αἰπόλους δὲ Φασὶ λέγειν ὅτι, ὅταν τάχιστα ὁ ἥλιος τραπῇ, ἀντιβλέπουσαι αὐτῷ αἱ αἶγες κατάκεινται. Aristoteles 9. c. 3. ὅταν δ' ὁ ἥλιος τραπῇ θᾶττον, Φασὶν οἱ ποιμένες οὐκέτι ἀντιβλεπούσας κατακεῖσθαι τὰς αἶγας ἀλλ' ἀπεστραμμένας ἀπ' ἀλλήλων κ. λ. Ergo Antigono negatio restituenda; pro αὐτῷ, ἑαυταῖς, pro Φασὶ, Φησὶ sc. Aristoteles, legendum. Clara omnia fient ex Plutarcho T. II. p. 974. de Capris Libycis: τὰς γὰρ αὐτῶν ὁμοῦ πάσας αἶγας ὅταν ἀνασχῇ μετ' ἡλίου τὸ ἄστρον (Sirius) ἀτρεκῶς ἐκεῖ στρεΦομένας ἀποβλέπειν πρὸς τὴν ἀνατολήν. καὶ τεκμήριον τοῦτο τῆς περιόδου βεβαιό-

βεβαιότατον εἶναι. — Memorabile eſt caput 63. καὶ τὸν ὄνον καὶ τὸν αἴγιθον πολεμεῖν ἑαυτοῖς. παριόντα γὰρ λύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας. διά τε οὖν τοῦτο καὶ ὅταν ὀγκήσαιτο, ἐκβάλλειν τὰ ὠὰ τοῦ αἰγίθου, καὶ τοὺς νεοττοὺς φοβουμένους ἐκπίπτειν. τὸν δὲ διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτειν τὰ ἕλκη αὐτοῦ ἐπιπετόμενον. Meurſius pro λύεσθαι recte ξύεσθαι ex Ariſtotele IX. 1. legit; cuius haec ſunt verba: αἴγιθῳ δὲ καὶ ὄνῳ πόλεμος, διὰ τὸ παριόντα τὸν ὄνον ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη. διά τε οὖν τοῦτο κἂν ὀγκήσηται ἐκβάλλει τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττοὺς. φοβούμενοι γὰρ ἐκπίπτουσιν. ὁ δὲ διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτει ἐπιπετόμενος τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Plinius h. l. ita vertit 10. 74. Aegithus auis minima cum aſino diſſidet. Spinetis enim ſe ſcabendi cauſa atterens nidos eius diſſipat, quod adeo pauet, vt voce omnino rudentis audita oua eiiciat, multi ipſi metu cadant. Igitur aduolans vlcera eius roſtro excauat. Aelianus eadem ex Ariſtotele 10. 32. ex eo Philes C. 30 v. 47. ſq. ſumſit. οἱ μὲν γὰρ ὠγκήσαντο τοῦδε τοὺς τόκους ὅσους ἐν ὠοῖς εὗρεν ἐσπειραμένους ἀφῆκε νεκροὺς ἐκπεσόντας ὁ κτύπος, quo loco nil ineptius eſſe Corn. de Paw cenſet; aſinum enim rudentem non poſſe ſola voce frangere ova; quod equidem non video, quomodo ex Philae verbis cogi poſſit. Non abſurde tamen idem ſuſpicabatur locum philoſophi eſſe corruptum, quem Plinius integriorem legerit. Recte enim ait rationem odii non apparere ita, ſi aſinus ſolum ſpinetis ſe affricet; quam tamen recte expreſſit Plinius. Nidos nempe Aegithi aſinus diſſipat. Deinde quomodo pulli dici poſſunt ab Aegitho eiici, qui ipſi metu nido decidunt. Haec eſt altera Pawii dubitatio. Inde ſuſpicabatur poſt verba ἕλκη κ. λ. excidiſſe quaedam, quae ex Pli-

ex Plinio ita restituenda censet: καὶ νεόττειαν αὐτοῦ οὕτως ἀνατρέπειν -- postea scribit: ὠά.. καὶ οἱ νεοττοὶ φοβούμενοι ἐκπίπτουσιν. ὁ δὲ κ. λ. Quod prius attinet, bene rem gerit Paw; nec obstat Antigonus, cuius locum ignorauit ille. Plura enim ille omisit, quae erant in Aristotele. Priori tamen loco delendum censeo τὰ ἕλκη ex sequentibus forte ab eo huc translata, qui deesse aliquid senserat. Neque enim Plinius nec Antigonus ea verba habet, quae sententiae obstare videntur. Posteriorem Pawii coniecturam cum Plinius firmat, tum inprimis Antigonus, qui tamen male cum Aeliano et Phile intellexit philosophum cum ἐκβάλλει ad asinum referret; vnde illud κτύπος ἀφῆκε natum; cum de ipso Aegitho intelligi debeat, oua nido prae metu, voce asini audita, eiicienti. Rationes Pawii nimio intelligendi ambitu turgent, nec satis per se validae, nisi accesserit Antigonus. Profecto multa in Antigono restant emendanda iis locis, vbi Aristotelem se sequi profitetur. Nam in caeteris non adeo facile res procedit, vbi autoribus perditis vsus est. Saepe etiam apud scriptores historiae natur. in nominibus locorum variatur; tumque lubricum est emendare alterum ex altero, vbi alter alios autores secutus existimari potest. Ita Antigonus c. XV. narrat Cranone Thessaliae vrbe duo tantum coruos esse. Idem tradit c. 17 ex Myrsili Lesbiacis de monte Lepetymno. Sed Aelianus in eadem historia 7. 18. habet κόπτον. Idem ex Aristotele narrat c. 18. ἐν Λάτμῳ δὲ τῆς καρίας φησὶν Ἀριστοτέλης τοὺς σκορπίους ἐὰν μὲν τῶν ξένων τινὰ πατάξωσιν μετρίως λυπεῖν. ἐὰν δὲ τῶν ἐγχωρίων, ἕως θανάτου κατακτείνειν. Plinius 8. 59. in Latmo Cariae monte Aristoteles tradit a scorpionibus hospites non laedi, indigenas interimi. Meursius respexisse vtrumque

que

que putabat ad Ariſtotelis H. A. 8. 39. ἐν ἄλλοις δὲ τόποις καὶ ἐν τῇ καρίᾳ πολλοὶ καὶ μεγάλοι καὶ χαλεποὶ γίγνονται. καὶ ἐὰν τινὰ πατάξωσιν ἀνθρώπων ἢ θηρῶν, ἀποκτείνουσιν Hinc Meurſius eadem fere verba reſtituit philoſopho; quod non probo. Ipſe enim Ariſtoteles videtur obſtare. Loquitur nimis vage ibi de morſus varietate, quae ex locorum diuerſitate oriatur; et potuit alibi diſtinctius idem tradere; quod centies in eius hiſtoria obſeruaui. Poſtulabat hoc etiam ipſa Ariſtotelis ſcribendi voluntas. Ecce vero Apollonius Dyſcolus c. XI. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς τῆς καρίας σκόρπιοι γίγνονται οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι. τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσι. vbi ante καρίας ſine dubio excidit Λάτμῳ. Ergo philoſophus haec in eo opere latius fuit perſecutus, quod νόμιμα βαρβαρικὰ inſcriptum erat; de quo cf. Toupium ad Suidam II. 4. 5. (Cui viro ſi oblocutus ſaepe in Anthologia ſum, nolim hoc mihi odio verti. Amo enim et colo viri eruditionem iuxta cum Valquenario, Rhunquenio; ſed iactationem et invidioſam ingenii oſtentationem in eo deteſtor.) Antigoni lectio ἕως θανάτου mihi ſuſpecta eſt. Forte ex gloſſa, quam librarius verbis παρ' αὐτὰ quae ariolor olim in Antigono fuiſſe, aſcripſerat, orta eſt. Cap. 33. de lupis piſcibus Canopii ad lacum Maeotidem narrat, quae in Ariſtotele H. A. 9. 36. ſine vlla Κωνωπίου mentione leguntur. Reſtitutum igitur ibat Meurſius philoſopho hoc verbum; cum Aelianus H. A. 6. 65. etiam hunc locum nominet cum Stephano Byzantino voce κωνώπη. Quod iterum improbo. Potuit Ariſtoteles id nominis alibi addidiſſe; potuere Antigonus, Aelianus et Stephanus alibi id legiſſe, de

suoque addidisse. Ita Antigonus c. 95. quae Aristoteles V. 31. de Alcmane poëta tradit, de Alcmaeone Physico refert, praefatus tamen sequi se Aristotelem. Meursius pro memoriae peccato habebat; nisi sit loco poëtae falsus Antigonus, vbi Alcman dictus fuerit Alcmaeon, quod idem nomen esse docet Huetius Notis ad Antholog. p. 37. Capite XL. tradit: εἶναι δὲ καὶ ἐν χιόνι ζῶα σκωληκοειδῆ δασέα. ἐν Κύπρῳ γ᾽ οὗ χαλκῖτις λίθος καίεται καὶ γίνεται θηρίον μικρῷ μεῖζον μυῶν; τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς Καρυστίων θηρίοις. ἀποθνήσκειν δὲ τὰ μὲν τῆς χιόνος, τὰ δὲ τοῦ πυρὸς χωριζόμενα. Haec esse sumta ex Aristotelis H. A. 5. 19. certum est. Omnia enim, quae capite 91. sq. habet, vno loco apud Aristotelem leguntur. Aristoteles καὶ γὰρ ἐν τοῖς δοκοῦσιν ἀσηπτοτάτοις ἐγγίνεται ζῶα. οἷον ἐν χιόνι τῇ παλαιᾷ σκώληκες. γίγνεται δὲ ἡ παλαιὰ ἐρυθροτέρα διὸ καὶ οἱ σκώληκες τοιοῦτοι καὶ δασεῖς. οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐν εὐδίᾳ χιόνος μεγάλοι καὶ λευκοί. δυσκίνητοι δὲ πάντες. ἐν δὲ Κύπρῳ οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων, ἐνταῦθα γίγνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ τῶν μεγάλων μυῶν μικρόν τι μείζονα ὑπόπτερα, ἃ κατὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει καὶ πηδᾷ -- ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ σκώληκες καὶ ταῦτα χωριζόμενα τὰ μὲν τοῦ πυρὸς οἱ δὲ τῆς χιόνος. Plinius XI. 39. h. l. vertit: in niue reperiuntur candidi et vetustiores vermiculi in media quidem altitudine rutili. Scaliger εὐδίᾳ defendit, quod Gaza vertit in nive Mediae terrae. In Antigono legendum: ἐν Κύπρῳ οὗ χαλκῖτις λίθος καίεται γίνεται -- μυῖων -- Plinius: maioris musca magnitudinis. Cum gaudio meo video Salmasium Exercit. p. 125. consentire; sed in eo ab illo dissentio, quod legit: ἐν τοῖς χαρυστείων σιδηρείοις. nam vulgata sensum commodum habet; nec

nec tentandum aliquid, dum resciuerimus vnde Carystii huc venerint. Nam Plinius l. c. In Cypri aerariis fornicibus, sumsit ex Aristotelis verbis ὅ χαλκῖτις κ. λ. nec erat cur Scaliger Gazae versionem eo loco sugillaret, qui Plinium secutus fuit. — Alia in Antigonum dedit Salmasius Exercit. p. 107. b. D. p. 152. b. A. p. 179. b. p. 471. b. p. 589. b. p. 137. b. vbi quam emendationem profert, occupauerat Meursius. p. 173. vbi pro Φερτίον bene Φορυτὸν legit. Monuit idem vir summus, multa Solinum debere Antigono, quod tamen equidem vix credo. Sed de hoc alibi. Priusquam a Stagirita discedam, lubet quaedam de eius libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων delibare; vt doceam falso tribui Aristoteli foetum ingenii Nicandro recentioris; licet ea, quae Stephanus voce Τῆνος, ἄψινθος, Athenaeus XII. c. XI. ex hoc libro citant, in eo legantur. In quo facile ab impostore illo, qui Aristotelis nomen mentiebatur, falli potuere. Quod non nouo exemplo factum existimari debet in Aristotele; nam veteres hac in re parum saepe iudicio suo vtebantur. Loquitur autor ille p. 122. de Sepe serpente: ὄθρυς ὄρος ἐστὶ τῆς θεσσαλίας. ὃ φέρει ὄφεις, τοὺς λεγομένους σῆπας οἳ οὐκ ἔχουσι μίαν χροιὰν, ἀλλ' ἀεὶ ὁμοιοῦνται τῷ χώρῳ ἐν ᾧ οἰκοῦσι. τινὲς δὲ αὐτῶν, ὅμοιον ἔχουσι τὸ χρῶμα τοῖς κόχλοις τῆς γῆς. ἀλλοις δὲ χλοάζουσα ἐστὶν ἡ φολὶς. ὅσοι δὲ αὐτῶν ἐν ψαμάθοις διατρίβουσιν, ταύταις ἐξομοιοῦνται κατὰ τὸ χρῶμα. δάκνοντες δὲ ἐμποιοῦσι δίψος. ἐστὶ δὲ αὐτῶν τὸ δῆγμα οὐ τραχὺ καὶ ἔμπυρον ἀλλὰ κακόηθες. Nunc audi Nicandrum v. 145. sq.

Ναὶ μὴν καὶ νιφόεσσα φέρει δυσπαιπάλος Ὄθρυς
φοινὰ δάκη, κοίλη τε φάραγξ καὶ τρήχεες ἀγμοὶ
καὶ λέπας ὑλῆεν, τόθι δίψιος ἐμβατέει σήψ.

Χροιὴν δ' ἀλλόφατόν τε καὶ ἐ μίαν οἷαδον ἴσχει,
Αἰὲν ἐειδόμενος χώρῳ ἵνα χήραμα τεύχῃ.
Τῶν οἱ μὲν λίθακας τε καὶ ἕρμακας ἐνναέτοντες
Παυρότεροι, τρηχεῖς τε καὶ ἔμπυροι οὔκεν ἐκείνων
ἀνδράσι δῆγμα πέλει μεταμώνιον, ἀλλὰ κάκηθες.
Ἄλλος δ' αὖ κόχλοισι δομὴν ἰνδάλλεται αἴης,
Ἄλλῳ δ' ἐγχλοάουσα λεπὶς περιμήκεα κύκλον
ποικίλον αἰόλλει. πολέες δ' ἀμάθοισι μιγέντες
σπείρῃ λεπρύνονται ἀλινδόμενοι ψαμάθοισι.

Sequatur Eutecnii paraphrasis p. 263. ἐστὶ δέ τις τόπος Θεσσαλίας οὕτω καλούμενος, τάτε ἄλλα δυσχείμερος ὧν καὶ κομιδῇ τραχύς, εὔφορος δὲ ἐστὶν ὅδε τῶν ἑρπετῶν ἀεὶ ἄν. καὶ αὐτὰ ἔχουσιν αἱ φάραγγες καὶ ὅσοι δὲ εἰσὶν ἀλλαχόσε τραχεῖς καὶ δασώδεις τόποι, πλῆθος τούτων βόσκεται τῶν θηρίων. μορφὰς δὲ ἀμείβει μὲν σὴψ πάνυ πλείστας ὅσας, μεταβάλλεται δὲ τὴν ἰδέαν. καὶ δοκεῖ φαίνεσθαι τοῖς ὁρῶσι χωρίον ἢ τι τοῦ χωρίου, ἵνα περ ποιεῖται τὴν δίαιταν. τούτων δὲ ὅσοι μὲν τῶν θηρίων συλλιθοὺς τε καὶ ἐρημοτέρους τῶν τόπων νέμονται, ὀλίγοι μὲν εἰς τὸ μέγεθος, ἄγριοι δὲ δεινῶς, τὴν δὲ ὁρμὴν εἰσὶ διάπυροι καὶ συντόνως ὀξεῖς. τὸ δὲ δῆγμα οὐχ οἷόντε αὐτῶν ποτὲ μὴ καὶ διαφθείρειν. ἐπανθεῖ δὲ ἐνίοις ἡ χροιὰ, τοῖς μὲν ὁποῖον δὴ λίθος, τοῖς δὲ χλωρὸν οἷον καὶ ὅμοιον ἰῷ. ἄλλοις δὲ οἷον ἡ ἐν ψάμμῳ δίαιτα χρῶμα περιποιεῖ. Ita legendus locus totus est. v. 146. τρήχεες ἀγμοί. Schol. τόποι πετρώδεις παρὰ τὸ κατάγνυσθαι. Alexiph. 391. φυκιοέντας ἀγμοὺς littora appellat. Anthologia Reiskii C. 686. v. 6. οὐτ' ἄγην κύματος εἰς νοτίην. v. 147. λέπας ὑλῆεν. Eustathius ad Homer. T. I. p. 488. 24. τὸ δὲ λέπας δηλοῖ ὀρεινὴν τραχύτητα ἐξ οὗ καὶ λεπαία χθὼν τραγικῶς ἡ ὀρεινή. respexit Euripidem Hippolyt. v. 1248. Multa de voce λέπας notauit Valque-

Valquenarius ad Ammon. p. 138. ſq. v. 149. pro τεύχῃ ex codice Mediceo legendum τεύχει. atque ita h. l. laudat Erotianus Gloſſ. Hippocr. voce χηραμίδα v. 150. λίθακας --. ἕρμακας. Arato Dioſem. 380. λίθαξ dicitur diminutive pro λίθος. Gregorius Nazianz. C. 79. in Muratorii Anecdotis, λιθάκεσσιν ἀνάσσεις pro lapidibus pretioſis. h. l. pro loco lapidoſo. τραχὺς τόπος Schol. Euſtathius ad Homerum Γ. 3. p. 1540. λίθακι πέτρῃ ἐχέσῃ προβολὰς ὀξείας πολλάς. τοιάυτη γὰρ ἡ λίθαξ πέτρα. εἰ δὲ τις τὰς ὅτω λίθακας καὶ πάγες ὀξέας εἴποι ὀ φαυλῶς ἐρεῖ. De voce ἕρμακες Schol. h. l. ἑρμαίους καὶ λιθώδεις τόπους ἢ λίθους σεσωρευμένους εἰς τιμὴν τοῦ ἑρμοῦ. Heſychius: ἕρμακες αἱ ὕφαλοι πέτραι ἢ αἱμασιαὶ De ἑρμαίῳ λόφῳ vide Euſtathium ad Homer. T. 3. p. 1809. 33. et quos ad Heſych. l. c. Alberti laudat. Gloſſarium Herodoteum: αἱμασιὰ τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον. ὅ νῦν ἑρμακίας καλοῦσι, vbi Interpr. viderunt eſſe ex h. l. ἕρμακας legendum. Anthologia Ceph. Carm. 494. v. 6. λιθηλογέες θ' ἕρμεω ἱδρύσιες. atque in edita occurrit: ἡρμολόγησε τάφον. pro lapidipus conſtruxit. ctt. Aeliani H. A. 14. 24. v. 151. pro τραχεῖς Mediceus cum Riccardiano codice τρηχεῖς. recte. eodem verſu pro οὐκεν ἐκείνων Riccard. οὐκ ἔτι κείνων. Codex Auguſt. cuius varias quasdam lectiones benigne mecum V. C. Loeſnerus communicauit, οὐκεν ἐκείνων. vtrumque male. v. 152. δῆγμα κάκηθες. Scholiaſtes ad v. 119 δάγματι πλειστέρῃ monuit in Nicandro ſemper δάγμα ſcribi, quod tamen a librariis nullibi ſeruatum fuit v. 338. pro δήγματι Medic. δάχματι, quae eſt vera lectio pro δάγματι. Ita lege etiam v. 128. et h. l. pro κάκηθες corrigebat Arnal-

dus Lect. Gr. p. 74. κάκιθες ex Hesychio: κάκιθες χαλεπὸν λιμηρόν. Sed vulgatam bene Aristoteles tuetur, qui docet esse pro κακόηθες. Nicander in Theriacis 360. κακήθεα σήμαθ' ὁμαρτεῖ Hippocr. L. 2. περὶ γυναικῶν p. 276. 32. κακήθεα τέπιμήνια. Vocis Hesychianae κάκιθες nullam autoritatem habent noui Interpp. Forte eiusdem originis est cum κάκιθος. κάκιθα λιμηρά. Photius apud Alberti: κάκιθος ὁ κακιζόμενος παρὰ τὸ κακίζω κάκιστος καὶ κάκιθος καὶ κάθος. v. 153. pessime intellexit Eutecnius, qui vertit: τοῖς μὲν ὁποῖον δὴ λίθος bene Aristoteles: ὅμοιον ἔχουσι τὸ χρῶμα τοῖς κόχλοις τῆς γῆς. v. 154. ἐγχλοάουσα λέπις. olim λόφις etiam lectum fuisse h. l. monet Scholiast. sed ecce Aristotelem: ἄλλοις δὲ χλοάζουσα ἐστὶν ἡ φολίς, ergo olim non λόφις, sed φολὶς legebatur. Equidem φολὶς probo, quia λέπις de pisce, φολὶς de serpente proprie quidem dicitur; quamuis fatear multa verba vtrique generi esse communia, v. g. νήχεσθαι Sic ἰχθῦς φολιδωτοὶ et λεπιδωτοὶ iidem sunt. cf. Rhoer ad Porphyr. p. 343. pro ἐγχλοάουσα Cod. Aug. ἐγχλοάζουσα. male. ita v. 237. χλοάουσα et saepe alibi. Vnde Eutecnius suum ἰῷ arripuerit, nescio. Sed sine dubio latet menda, quarum copia careremus, si per Bandini stuporem stetisset, qui in exscribendo MS. se turpissime dedit. v. 156. λεπρύνονται Schol τραχύνονται ἢ λευκαίνονται. ita πέτρα λεπρὰς Theocrito Idyll. I. 40. vbi Schol. τραχεῖα. ἡ λευκὴ — ἡ ὑψηλὴ ἡ βρύα ἔχουσα Aelianus H. A. 2 41. de τρίγλαις. καὶ τινες καλοῦνται λεπρώδεις αὐτῶν σπάσασαι τὸ ὄνομα ἐκ τῶν χωρίων ἅπερ οὖν πέτρας ἔχει λεπτὰς καὶ ἀραιὰς καὶ φυκία μέσα τούτων δασέα. vnde Schol. Theocriti lucem capit. Locus notabilis est Aristot. H. A. 5. 28. οὐ γίνονται

νονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ ὂδ' ἐν τῇ λέπρᾳ ἀλλ' ἐν τῇ πεδιάδι καὶ κατεῤῥωγυίᾳ. Apud Aelian H. A. I. 16. de cantharis. γίγνονται ἐν τοῖς καλεμένοις ἄσπροις χωρίοις. lege λέπροις ex Oppiano 3. H 338. vnde haec hausit Aelianus: κάνθαρος ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λέπρῃσι μέμηλε. Nicander de Cerafte v. 262. χροιῇ δ' ἐν ψαφαρῇ λεπρύνεται. vbi iuxta ac in nostro loco Coloniensis editio male λεπτύνεται habet. ibi Eutecnius p. 2 6. εἰσὶ δὲ τὴν χροιὰν εἶδε καθάπερ ἡ τέφρα. Melius tamen cum Aetio Sermonibus c. 28. reddas: corpore arenosus est. Sed vnde Aristot. habet illa: ἐςὶ δὲ αὐτῶν τὸ δῆγμα ὂ τραχὺ καὶ ἔμπυρον ἀλλὰ κακόηθες? Necesse est olim hunc locum fuisse ita lectum:

παυρότεροι. τρηχες δὲ καὶ ἔμπυρον ὄκεν ἐκείνων
ἀνδράσι δῆγμα πέλει μεταμώνιον, ἀλλὰ κάκηθες.

Atque ita sensus ille emergit, quem secutus est Aristot. nam μεταμώνιον tum erit alligandum adiectis τρηχὲς καὶ ἔμπυρον. Παυρότεροι de magnitudine bene Eutecnius cepit. Aelianus H A. 16. 40 ὄφεως ὄνομα σὴψ καὶ ἔχει θαυμάσαι ἄξιον ἐκεῖνο τὴν χροὰν ἐκτρέπει τὴν ἑαυτὂ καὶ ἔοικε τοῖς τόποις καθ' ὂς ἔρχεται. ὀδόντας δὲ ἄρα τέτταρας τὂς κάτω φέρει κοίλους ἐφ' ὧν ὑμενώδεις ἐπίκεινται χιτῶνες καλύπτοντες τὰ κοιλώματα. ἐκ τέτων ὂν πάταξαν τὸ θηρίον εἶτα ἀφίησι τὸν ἰόν. σήπει δὲ παραχρῆμα καὶ αναιρεῖ τάχιςα. Sepem describit etiam Pausanias αὐτόπτης p 460. 39. κατ' ἔχιν ἐςὶ τὸν μικρότατον. τέφρᾳ ἐμφερὴς ςίγμασιν ὂ συνεχέσι πεποικιλμένος. κεφαλὴ δὲ ἐςὶ αὐτῷ πλατεῖα καὶ τράχηλος ςενὸς. γαςέρα δὲ ἔχει μείζονα καὶ ἐράν βραχεῖαν. βαδίζει δὲ ὗτος τε καὶ ὄφις ἕτερος ὁ κεράςης καλέμενος ἐνδιδόντες εἰς τὰ πλάγια ὥσπερ οἱ καρκίνοι In Boeoticis p. 482. narrat Aepytum Elati filium in Sepia monte, ab hoc serpente dicto,

non

non procul Τρικρήνοις, a sepe fuisse interfectum. Alter locus vnde apparet autorem libri θαυμασ. ἀκυσμ. recentiorem Nicandro esse, eadem pagina exstat de vipera: τῦ περκνῦ ἔχιος τῇ ἐχίδνῃ συγγινομένυ ἡ ἔχιδνα ἐν τῇ συνυσίᾳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτει. διὰ τῦτο καὶ τὰ τέκνα ὥσπερ τὸν θάνατον τῦ πατρὸς μετερχόμενα, τὴν γαςέρα τῆς μητρὸς διαῤῥήγνυσιν. Haec transtulit ex Nicandro v. 128. sq. Indicium furti et vestigium certissimumCacus ille reliquit, vocem poëticam περκνὸς, quae pro nigro ponitur, docente Foesio in Oecon. Hippocr. h. v. En verba ipsa:

— — ὅτε δῆγμα πέφυζως
περκνὸς ἔχις θύνῃσι τύπην ψολόεντος ἐχίδνης.
ἡνίκα θορνυμένυ ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι
θυρὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνυ.
οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
γεινόμενοι ἔχιες, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
γαςέρ' ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Nihil de hoc Nicandri loco addo, nisi quod apparet Aristotelem subdititium legisse in Nicandro ἀναῤῥήξαντες. quod ex aliis etiam autorum locis, qui Nicandrum laudant, probatum dabo, cum specimen nouae meae editionis prodierit. Locus ille de vipera dici vix potest, a quot poëtis, λογογράφοις. Scholiastis, sit certatim expressus et laudatus, vt adeo angustiae opellae copiosam huius historiae tractationem non capiant. Tantum potui notarum mearum in Aristotelem perficere hoc tempore, quo conuaso, et Goettingam in disciplinam summi HEYNII propero, cuius humanitati singulari olim illud etiam debebo, vt facilius expedire Nicandrum meum possim;

Namque erit ille mihi semper deus!

